



**Antidoton aduersus Enthusiastiarum, Metusiastarum et
Synusiastarum cauillos & calumnias, in causa Eucharistica :
cui accessit analogia fidei, qua spiritualia spiritualibus, siue
sint res ipsae diuinae, siue earundem notae, verbum et
Sacramenta, sic aptantur, vt inter se conueniant.**

<https://hdl.handle.net/1874/425007>

ANTIDOTON
ADVERSVS
 ENTHVSIASTARVM.
 METVSIASTARVM ET SYN-
 usiastarum cauillos & calum-
 nias, in causa Eucha-
 ristica:

C V I A C C E S S I T
AN *ELOGIA FIDEI, QVA*
spiritualia spiritualibus, siue sunt res ipsæ diui-
næ, siue earundem notæ, verbum & Sa-
cramenta, sic aptantur, ut in-
ter se conueniant.

Ante annos aliquot à Theologo quodam do-
 go & pio edita; & nunc quorundam verita-
 tis & pacis amantium, pio con-
 filio recusa.

HEIDELBERGÆ,
 Excudebat Ioannes Maier. Anno
 1575.

АДАЕРСА
ИЗНЧАСТАРУМ
МЕТАСИАНАМ ЭТСУМ
Библияниа симолоз & симури
Библияниа симолоз & симури
Библияниа симолоз & симури

САН АССЕСИЗ
СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА

СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА

СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА
СЕГОДНЯ ВАДИА

ALEXIPHARMACVM
AB STERGENDIS CON-
ueijs huic antidoto aspersis
oppositum.



TSI poteram identidem (ut consue-
 uit hactenus) relata malevolorum in an-
 tidotum ejaculata, securè negligere:
 quod aties illorum obtusa vim huius
 non immunit magis, quam rabidi ca-
 nis morsus lapidem in se iactum la-
 dit: ne tamen perpetuum meum silentium apud non-
 nullos cedat mihi in præjudicium exarmatae quasi ve-
 ritatis, & oris obturati: protestor ingenuè, nulla pro-
 teruitate (quod Heshusio videtur) petulantiae inge-
 nij, aut virulentia (ut Ioannes VVigandus in me de-
 baecharatur) ad scribendum antidotum adductum me
 fuisse, ut scripto meo vllos homines incesserem. Cele-
 berimarum autem per vniuersam Germaniam Eccle-
 siarum aliter non memini, quam Paulus tum sui, tum
 angeli à celo fecit mentionem, cuius nimirum testi-
 monio, ab Euangelio prædicato discrepanti, merito
 fidem derogat. Quod si legenda nobis est scriptura di-
 uina, & in ea Spiritus sancti dispensatio cognoscen-
 da, & intuenda prophetia, & rei cienda carnalis serui-
 tus, & liberalis intelligentia retinenda: (sicut Augu-
 stinus ex Apostoli verbis nos admonet) quis iure mi-
 hi succenscat, si pro modulo talenti mihi concredi-
 ti (ut Dei & Ecclesie alumnus) & vt id wro p hoc in
 nutricati onis vicem reponere, & animi erga Deum &
 Ecclesiam grati testimonium aliquod extare volui?

Quotquot ergo ex aduersariis typho propriæ sapien-

ALEXIPHARMACVM.

siz vsqueadē inflati purgent, ut per se satis abundā sapere, nulliusque alterius monitis saluberrimis indigere videantur: ne inuident saltē reliquis proficiendi studium. Sed quid mirum est, illos in me misericordia suā sic inuehi, quum non reformident, in sanctissimos Praeceptorum suorum manes, inuidentia suscitare euomere? Si posteriores cogitationes sapientiores solent esse, quod praceptores istorum in se agnoverunt, & ingenuè professi sunt: cur inuident nobis hanc illorum ingenuitatem,

& quō minus eam imite.

mūr, totis viribus

obstant!

PRÆFA.

PRAEFATIO AD
PIVM LECTOREM.



VOD in ciuili discordia & se-
ditione lex illa Solonis anti-
quissima, Atheniensibus lata, A. Gellius
& axibus ligneis incisa, fieri vo lib. 1. cap. 12.
luit, ut ne quis inquilinus, discessione populi
duas in partes facta, solitarior separati sue pro-
cul à communi ciuitatis malo secederet: quin
ad alterutram potius partium sese adiungeret,
quò facilius ac citius animi ciuium vrinque
exacerbati, consilio ac intercessione bonorum
virorum ad concordiam fleterentur: dum so-
ej partis seorsum vtriusq; & suos, apud quos
essent, gubernarent, atq; mitificarent, & ad-
uersarios seruatos magis, quam perditos cupe-
rent: à quibus, vt maioris autoritatis viris,
partes temperari ac regi se permetterent, atque
sic demum per eos potissimum restituerentur
& conciliarentur: Hoc ipsum, inquam, in Ec-
clesia Christiana, quæ ciuitas Dei es, multò
magis agi oportebat, vt inter fratres dissiden-
tes, qui in medio vtriusq; partis sunt amici, si
in concordia rerinenda parum autoritatis ha-
buerint, ad dissoluendam aut mitigandam dis-

AD PIVM

sensitionem saltem viam sibi minuantur. Si enim tales aliud nihil proficiant, resistere tamen interdum ijs possunt, qui tanquam flabellae lites animorum inflammant, cuncta peiorē in partem rapiendo.

Etsi vero simulationi dissimulationiue locum in Ecclesia & religionis causa dari nolo: sed quod nihil simulatum est diuturnum, aut Deo gratum: dubium tamen non est, quin veritatis negotium aliter atq; aliter administratum, plares paucioresq; nanciscatur nunc fautores, nunc hostes. Omnino quidem non est calidum & frigidum uno simul efflandum ore: sed constantissime retinenda veritatis est confessio: qua salua, quis non iuris & coniugij malit parcere, quam sua morositate ac importunitate eandem odiosam & suspectam reddere? Nunc autem sic ferè comparatum est inter homines, ut, nisi quis odium pariat, veritatem minus profiteri videatur. Itaq; illi strenuit veritatis vindices existimantur, qui ad offendendos irritandosque animos sunt instructissimi.

Atqui ego, qui vltro ac libenter eius Ecclesiae, que vocem sui pastoris ac sponsi audit, ciuem me agnosco: spero etiam per Dei gratia, in ea

LECTOREM.

in eame fide perseveraturum, quæ salutis nostræ anchoram, proram & puppim Christum ponit. Fatoe or equidem hanc precipue curam mihi incumbere, cumq; alijs multis cōmūnem esse, ut quæ ad pacem ciuitatis Dei faciunt, promea virili mediter ac studeam. Atque idcirco, quum in dissensione animorum de Eucharistia, quibusdam idem quod mihi, vsuere cernerem, ut sinistra suspicione à controvēsarum rerum cognitione absterriti, malint procul abesse à contentione, quam inexercitabilibus quodammodo labyrinthis disputatum sese inuoluere & implicare: quanquam sciebam, multorum doctissimorum virorum scripta extare, quorum ductu, cœn Thesei aut Ariadnes filo, studiosi veritatis varijs circa Eucharistie sacramentum erroribus liberari possent: tamen quia certis quibusdam rationibus in hac causa mediocriter me adiutum sensi, quò facilius inimicitias omnes deponerem: credidi, alios meo exemplo similiter lenitum iri, si rem modò ipsam propius introspicere, ac inter se omni ex parte conferre vellent.

Quapropter profero nunc hæc in medium, non vt oleum camino infundam, aut crabrones irri: multò minus, vt obscurem aut per-

AD LECTOREM.

aeriam veritatem (quemadmodum fortassis
aliqui interpretabuntur , quibus è verbo Dñi
& sacramentis cothurnos facere videmur) sed
revera nullo alio consilio hanc lucubratiuncu-
lam in luce edimus , nisi ut asino Cumano exu-
ria Leonis detrahantur , ne trepidantes immo-
ni sua voce amplius territet . Dici enim vix
potest , quanti ad veritatis cognitionem , in
bac maxime controversia , intersit , si postposi-
ta θεοτωρια , velamen illud collatur , quo
multis perstringuntur oculi , ne recte iudicent .
Deus , qui personas non accipit , faxit , ut &
nos , non secundum speciem , sed ex rerum veri-
tate iudicemus . & quies tandem aliquando
detur Ecclesiae ab istis tumultibus &
contentionibus . A-

men .

DVPLEX

DVPLEX DE EUCHARI.
stia disputandi ratio, una in vero asse-
rendo ac defendendo: altera in
falso refutando
posita.

Vanquam maioris artificij est,
atque ob id plus laudis meretur,
in quacunq; disciplina & disputatio-
ne, quid sit res, quam quid non sit, o-
stendere: quoniam alterum est επισκ.
μονικόν, alterum à sciētia magis est re-
motum: mihi tamen in disceptatio-
ne de cœna Domini, nostra præsertim
tempestate, nescio quo pacto & què vi
detur necessariū, causas etroris in lu-
cem producere, ac sanæ fidei rationē
reddere posse. Vtrūq; certè sapientis
est, & vt Aristoteles loquitur, ἀριστοτέλης
σοφος τε ιδίως θεός γορ, ἀπόθετη μεν ἀντρος,
ἀριστος ἐποιει, τῷ μὲν φύσιστορ εὐφανίζει
σώματος. Id est, perfectè sapientis est of-
ficium, ijs in rebus, quas quidem co-
gnitas meditatasq; habet, nec fallere,
nec decipere: alteriusq; nodos & ca-
ptiones indicare posse. Neq; satis esse

A s debet

debet Theologo, ut ipse non erret in his, quæ profitetur, & ut suæ confessio-
nis atq; doctrinæ veram analysin te-
nacat: sed oportet eum etiam in aliorū
rationibus excipiendis esse cautum,
ut cum iudicio legat, audiat, disser-
nat ea, quæ sua quidem natura sæpe
veritati sunt consentanea: rei tamen
ipsi, cui adhibentur declarandæ, mi-
nus inferuiunt.

Operæ ergo precium haud exiguum
mihi facturus videor, si in controuer-
sia sacramentaria, quod difficilius &
maiis est, relinquens doctioribus, col-
ligam ea, quibus sentio etiāmnū mul-
tos miserè decipi, tā in κατασκεψίᾳ suæ,
quām in ἀνασκεψίᾳ contrariæ sentētia.
Utrobique enim lubricus est locus, &
proclivis lapsus, nisi quis præcipitia,
vnde in errores decidunt homines, di-
ligenția attentione vitarit.

Ersi autem errores illi valde crassi
sunt, à quouis tamen haud ita facilè
perspiciuntur: quia ingenio ac arte ho-
minum sic reguntur atque ornantur,
vt dolus in ijs vix appareat. Quò ma-
gis

gis vnicuiq; ad uigilandum est, ne vel ad dextram, vel ad sinistram, à via regia declinet, sed medium, hoc est, regum iter teneat. Medio enim, ut ait ille, tutissimus ibis.

In Eucharistia negotio ad dexterā deflectunt Methusiaſtæ cum Synusiaſtæ, qui in cœnæ Dominicæ institutio-
ne & vsu, scripturas sanctas non intel-
ligenter attendentes, sed pro huma-
na suspicione diligenter contenden-
tes, signa pro rebus, figurata locutio-
nem ad literam, accipiunt: quam Au-
gustinus carnalem sapientiam, misera-
bilem animæ seruitutem, atq; adeò
præsentissimam mortem vocat.

Ad lēuā circa Sacra menta aberrat Enthusiaſtæ, qui signa inutiliter inter-
pretantur: q; ipsum, secundū eundem
Augustinū, malè vagantis erroris est.
Regia via incedunt, qui ex libris cano-
nicis, quicquid legūt, vel audiunt, ita
conantur intelligere, & interpretari,
ut ad dilectionem æternitatis, verita-
tis & sanctitatis, & ad dilectionē pro-
ximi referant.

SOPHIS.

4

SOPHIS MATA IN CON-
flictationē τοῦ πτονοῦ Διαβόλου super Christi
verbis in cena mystica incidentia,
vel à personis, vel à rebus
ipsis oriuntur.

Quandoquidem in Eucharistica contentionē (ut nunc ferē hominum sunt ingenia) à multis ipsa veritas præiudicijs & calumnijs onerata, vel respuitur, vel opprimitur: & quod à veritate alienum, sœpe etiam illi est contrarium, auctoritate partim atque splendore excellentum, & doctrinæ & virtutis sanctimonia personarum, commendatum: partim etiam titulo verbi diuini fucatum, mordicus arripitur, pugnacissimeque defenditur: duplex inde nascitus incommodum, ut & illinc falsi suspicione plurimi absterriti detineantur, ne offusam prestatiarum caliginem, qua mentis acies perstringi, obtundi, & quodammodo fascinari solet, penetrant & discutiāt: & huic opinione veri, sumoq; sapientia allecti, in fœdissimos errores abducantur.

9
cantur. Quare in utramque partem
permagni interest, si larva primū hu-
manæ existimationis detracta, & pau-
lis per se posita, sententiarum ipsarum
momenta ad perpetuum diuinæ veri
tatis consensum expendantur. Dein-
de quæ speciem veri præ se ferunt, quæ
ad propositū non omnino quadrent,
detegantur.

Duo autem ad summū genera sunt
sophismatum, quibus in hodierna de-
cena Domini tragœdia luduntur in-
cauti homines: vnum à personis, alte-
rum à rebus proficiscitur.

Respectu personarum bifariam im-
ponit multis nō opinantibus. Nūc
enim toti pendent ex aliorū iudicio,
& suum interim adhibere desinūt: id
solum habent ratū, quod ab ijs, quos
ipſi probant, iudicatum vident, & tan-
tum apud illos opinio semel præiudi-
cata potest, vt etiam sine ratione vale-
at autoritas: nunc vsque adeò suspe-
ctam habent aduersam partem, vt vix
audire, nedum dignoscere dignētur,
quæ ab illa in medium afferūtur. Du-
cuntur

cuntur tamen certis causis, propter
quas cum illos admirantur & ample-
xantur, tum hos auersantur & asper-
nantur: quæ quantum in se virium ha-
beant, perpendamus.

*QVOMODO HOMINES NI-
MIA & præpostera quorundam admiratione cu-
cumeniantur aut impedianter, ne in-
quirant discantq[ue] veritatem.*

Principio mouetur & acquiescat
plurimi reverentia insignium do-
norū, quibus ornauit Deus summos
viros, quorum opera ante alias om-
nes in religione instauranda est usus.
Ab his dissentire, vel suspicari de ipsis
saltē paulo aliter ac sanctis per om-
nia conueniat, hoc, inquam, nefas ar-
bitrantur, sic ferè argumētantes: Qui
de plerisque fidei Christianæ capiti-
bus recte senserunt & docuerunt, eos
non est verisimile in hac vna Euchari-
stiæ causa hallucinatos fuisse. Quo-
modo enim, aiunt, Deus tam præcla-
ra Ecclesiæ suæ lumina & cgregia or-
gana

gana labi sineret, tanta præsertim in
re? Quando ergo nō vnuſ tantūm ion
gē p̄eſtantissimus vir, ſed multi pijs ac
eruditii, adeoq; celeberrimæ per vni-
uersam Germaniam Ecclesiæ, damna-
runt iampridem Tropistarū & Signi-
ficatistarum de cœna Domini ſenten-
tiam, & approbarunt cōtrariam: hinc
necessariò ſequi putant, vt opinio dā-
nata falsa, approbata vera ſit.

Atqui ἔνδοξον ἡ μάτωρ λύ, hoc eſt,
probabiliter verū habetur, quod ple-
riſque pijs pariter atque doctis viris
probatur ac placet: & contrā, falſum
indicatur, quod talibus improbatur
& diſplicet. Non tamen ſemper vtrū-
que illorū eſt neceſſarium: niſi & Dco
probetur, quod approbant homines,
cidemque improbetur, quod hi dam-
nant. Experientia enim quotidiana
diſcimus, neminem quantumuis ma-
gnūm, communis Sanctorum ſorte exi-
mi, qui errare nequeat: quum in mul-
tiſ quotidie offendamus omnes.

Est itaque paralogismus hic à vitio
ſo conſequenti. Non enim mox om-
nia

nia bene, qui pleraque bene scripsit,
 aut sensit: siquidem Spiritus secundū
 mensuram sanctis confertur homini-
 bus, ut non semper æquè cordatè &
 constanter sentiant, aut agant. Quām
 verò infirma ratiocinatio ista sit, hinc
 licet cōijcere: quod ad eum modum
 quilibet errores inuecti & recepti in
 Ecclesia, excusari possent, qā magnos
 viros vel autores, vel patronos habe-
 rent. Quantò rectius Apostolus. Si vel
 angelus è cœlo, ait, euangelizet vobis
 præter id, quod vobis euangelizaui-
 mus & quod accepistis, anathema c-
 sto. Quod si ne angelis quidē ob subli-
 miorem dignitatem, in qua constitu-
 ti à Deo sunt, credendum est, nisi ver-
 bo Dei consentanea afferant: quantò
 minùs hominib⁹, imbecillitati & mē-
 dacio adhuc obnoxijs, quantalibet
 etiā autoritatis, fidei est adhibendū,
 nisi sacrarum scripturarū certissimis
 euidentissimisq; testimonij, senten-
 tiā, quam persuadere volunt, confir-
 ment⁹. Sic Augustinus, neque suis, ne-
 que Hieronymi, necq; alterius cuius-
 quam

9

quam scriptis, parē cum literis sacris
tribui vult autoritatem. Sic enim scri-
bit: In quibuscumque opusculis poste-
riorum, quæ nullo modo illi sacratissi-
mæ canonicarum scripturarum ex-
cellentiæ coæquantur; etiam si eadem
inuenitur veritas, longè tamen est im-
par autoritas. Et Hieronymus expli-
cans illud. Psalmi, Dominus narra-
bit in scriptura populorum, & princi-
pium horum, qui fuerunt in ea: Vide
te, inquit, quid dicat, principum, qui
fuerunt in ea, hoc est, Apostolorū &
Euangelistarum: nō horum, qui sunt:
vt exceptis Apostolis, quodcunq; a-
liud postea dicetur, abscindatur, non
habeat postea autoritatem. Quamuis
ergo sanctus sit aliquis post Aposto-
los, quamuis disertus sit, nō habet au-
toritatem. Quoniam Dominus nar-
bit in scriptura populorum &
principum, qui fuerunt
in ea. Et hæc qui-
dem ille.

*QUAM INDIGNE DOGMA
per se verum, sinistra de personis suspi-
cione aborta conceptuē,
illis o grauetur.*

INsimulantur alij, qui vel latum vnguem à tantorum virorum sententia discedunt, inuidiae & ambitionis: quod ad ingenij ostentationē, ne antesignanis illis inferiores habeantur, bene sopia miam olim Berēgafij hæresin (vt ipsis quidem videtur) velut ab inferis exīta fam reuocarint. Traducuntur ergo, vt scoli & æmuli, Enthusiastæ & fanatici, alijsq; odiofissimis vocibus notantur: quæ, si vel maxime in personas interdum competant, quid tanien hoc causæ persebzanæ nocere debet, quod, qui eam agendam suscepérūt, aliter a deceat, affeeti fiterint? Quin potius imitemur Paulum, qui sciens nonnullos per inuidiam & contentionem prædicare Christum, nihilominus adhuc gaudet, dummodo Christus annūcietur, quaenamque tandem occasione, siue per

per prætextum, siue per veritatem.

Sæpe etiam est olitor, vt ait ille, val de opportuna locutus. Cur igitur, quæ rectè dicta sunt, ob id solum reijciantur, quod ab homine abiecto proferuntur? An iusta ratio existimatur, quamobrem Euangelica veritas male audiat: quoniam quidem cius professores prauis agitati cupiditatibus, sive professioni male respondent? Augustino certè manifestum est, nō ideo derogari sanæ doctrinæ, quæ sola catholica est, quia multi eius nomine censerivolunt, & per illā sanari nolūt.

Quapropter accidentis fallacia in tali argumēto est: Quod homines ambitionis spe vanæ gloriae & æmulatione ducti, ac in fœlicem vitæ exitū sortiti, docuerunt de Eucharistia, vanum est & falsum: viris præsertim, tum eruzione, tu vita probatis, illud ipsum acerrimè hucusque impugnantibus. Figuratam & spiritualem verborū in coena Christi intelligentiam, contra simplicē & literalem, docuerunt eiusmodi homines, qui cæteris pījsatque

probatis doctoribus semper fuere suspecti & exosi: Istorum ergo doctrina est falsa.

Personarum itaque seu dignitatibus, seu infirmitatibus omissis, nudares & sententias utriusque partis inspiciamus: & quaecunq; ad summam totius controversiae aliquid momenti afferunt, ea aestimemus, siq; veritatem per omnia consentiant, retineamus, qualescumque tandem illi sint, quis sic senserint: & rursum, si à veritate videbuntur aliena, quæ multi magni viri profitetur, summa cum grauitate sanctaque modestia valere iubeamus ea: ut manifestè appareat, quām nō per nos stet, quō minus in Ecclesia pax & concordia inter nos constet.

Porrò, quantum ad ipsarum rerum momenta attinet, impingunt pluri, partim ante ingressum disputatio-
nis, in ipso limine ac aditu: partim in
controversiæ huiusc statu: partim
denique in aggregandis ijs, quæ ad
probandum refellendūmque produ-
cuntur.

VTRVM

*UTRVM DE MYSTERIO
Eucharistiae in veramq; partem differendum,
necne, sit, & qua moderatione il-
lud fieri debeat.*

Qui literam in verbis cœnæ aduer-
sus Spiritum tuētur, antequam
in arenā descendant, tergiuersantur,
& rerum cōtrouersarum exactioreni
disquisitionem detrectant: obtendē-
tes hinc diuinorū mysteriorum subli-
mitatem, illinc rationis humanæ in-
daginem odiosè perstringentes.

Mox à rebus ipsis ad personas dela-
psi, postquam sese sobrietatis, simpli-
citatís, obedientiæ, fidei nominibus
insinuarunt, suāq; causam tantò plau-
sibiliorē effecerunt: grauant & accu-
sant suos aduersarios, profanæ ac im-
piæ curiositatis & audaciæ, quasi te-
mère & nequiter in adyta diuinæ ma-
iestatis intromittere sese, & ad calcu-
lum carnalis prudentiæ verbum sacra-
mentaq; Dei subducere tentēt. Se qui
dem, aiunt, tantum honoris deferre
Christo, atque ipsius verbo, vt absque

Omni hesitatione, simpliciter credat
dicenti Domino de pane: Hoc est cor-
pus meū: de vino, Hic est sanguis me-
us. Vnde ex aduerso colligi voluntati-
liū Dei affici ignominia, & argui mea-
dæcij ab illis, qui verba eius modò cita-
ta in quæstionem vocēt, aut quoquo-
modo de horum explicatione agant
& disputent: quum in mysterijs, teste
Chrysostomo, sermo ipsius infallibili-
lis sit, licet cogitationibus nostris ad-
uersari videatur.

Et sane iure hæc reuerentia debe-
tur Christi verbo ritè intellecto, ut o-
mnino fides illi adhibetur, etiam si
rationi absurdum iudiceret. Verum
alia est ratio verbi Dei perpetam expo-
siti, quam in genuino sensu retenti.
Quod si sic accipiantur Christi verba,
ut ab ipso Domino sunt intellecta:
tunc securè illis creditur, & meritò:
fin secùs ac Christus sensit, verba Do-
mini intelligantur: quantūlibet tunc
Christum, atque ipsius verbum iacta-
mus, tamen non amplius ingenuè, si-
deliter & simpliciter in negotio veri-
tatis.

tatis versamur: sed eius loco ac nomi-
ne, figura cordis nostri colimus &
veneramur: quibus si centies verbi di-
uini maiestas, potētia, constātia præ-
texatur etiamen non magis istiusmo-
di laudes Christi verbis à genuino sen-
su detortis, conuenient, quām virgi-
nitatis & pudicitiae propria encomia
feminae prostitutæ competunt, quā-
libet decenti honestæ matronæ habi-
tu ornatae. Quando ergo ita ratioci-
nantur: Quicquid Christus dixit, hoc
pro verohabendum, nec amplius in
quæstionem vocandum est. Christus
dixit de pane: Hoc est corpus meum:
de vino, Hic est sanguis meus. Ergo di-
cta hęc pro veris simpliciter habenda,
neque in dubio ponenda sunt: quem
admodum Figuratores & Significati-
tæ faciunt, multūm de illis disputan-
tes, neque simpliciter credentes. Quo
circa isti, qui fidem Christi verbis de-
rogant, neque audiendi, neq; ferendi,
sed explodendi, & ē medio tollendi
sunt.

Respondemus, multiplicē homo-
nymiam

nymiam admitti sic argumentando. Primum enim verba Christi in maiori propositione cum iusta sua intelligentia coniunguntur: cuius solius ratione fidem apud omnes bonos merentur. In assumptione separantur, ut litera quidem retineatur, at non Christi sensus: qualem nimirum Metuistæ cum Synusiastis Christi verbis affingunt. Quoniam igitur æquè nominatur Christi verbum, sive dextrè, sive sinistrè intelligatur: & tantummodo in vero sensu acceptum, est credendum ac honorandum: iniuria adiuratur ad credendum id, quod Christus omnium minimè sensit, aut credi voluit.

Arianus, ut Augustini exemplo vtamur, prædicat Christum, qualem sibi singit, non qualem veritas dicit: non men habes, rem non habes: alicuius rei nomen est Christus: tene ipsam rē, si vis prodesse tibi nomē. Quanquam ergo Ariani alligabant olim pro se Christi verba: Pater maior me est, quæ constat fide esse dignissima: tamen, prout

prout illi ea citabāt, & interpretabantur, ita neque vera, neque credenda erant, ideoq; frustra obijciebantur.

Deinde sciendum est, captiosè tegi nomine diuini verbi, hominum commenta & deliria: in quæ si maximè inquiratur, tantum abest ut hoc in se nefarium existimetur, ut omnino in hac causa sit necessarium: nisi vñà cum alijs sponte & data opera delirare velimus.

Tertiò, ingens quoque discrimen est inter dubitationem, quæ ex diffidentia oritur: ac inter piam moderationemq; disquisitionem. Hac enim ratione Dotainus ipse Iudicis iussit, scripturas de se: quod vtique non iussisset, sivebique illa scripture sententia, quæ in promptu est, & prima fronte occurrit, tenenda, nec altior sensus inuestigandus foret. Quid, quòd in actis Apostolorū Berrhœensibus inter Thessalonicenses nobilissimis, qui receperant Euangelium ex ore Pauli, datur laudi, quòd scrutarētur scripturas quotidie, ut cognoscerent, an ita

se haberent, quæ ex Apostolo audie-
rant? Etiam si ergo res in Eucharistia
sic haberet, ut volunt Metusias&e aut
Synusias&e, adhuc tamē inquisitio va-
caret culpa: quantò magis quum se-
cushabeat? ut paulò pōst videbitur.

QVÆ SIT DIFFERENTIA
inter veram & falso persuasam simplicitatem,
obedientiam & fidem in Euchari-
stico negotio.

Cum admodum iniquissimè sit,
si verbi diuini titulo pingatur &
venditetur, quod Christus nunquam
in suum animum induxit: ita stulteſi
dei obediētia & simplicitas leui ac va-
næ credulitati hominū prætenditur:
quæ de sermone Christi quiduis sibi
aut præsumunt ipſi, aut persuaderi ab
alijs patiuntur.

Simplicitatem requirit à suis Chri-
stus, quæ serpentinam habeat adiun-
ctam prudētiām: quæ fraudem caue-
at, ne quouis doctrinæ vento circum-
feratur: quæ, inquam, discernat Spirī-
tus.

tus, utrum ex Deo sint: quae probet omnia, & quod bonum est, teneat. Unde recte Chrysostomus: Ne existemus, ait, satis ad excusationem nobis fore ignorantiam & simplicitatem: non enim bonos tantum, sed & prudentes nos esse iussit Dominus. Nam si quis ipsa dum raxat verba nuda, & ut dicuntur, acciperet, cum multa de Deo absurdâ necesse esset suspicari: verum si reconditam verbis sententiam apprehenderit, tunc omnia purgabuntur.

Hi vero nos sic volunt esse simplices, ut veluti pueri sensibus, versutiam astutorum, qua adoriantur & seducunt incertos, facilè admittamus: quia simplicitas à stupiditate & foecordia nihil aut parum differt, quod & Augustinus hisce verbis testatur: Sunt qui dicuntur simplices, & pigri sunt: vocantur simplices, sunt autem segnes. Et quam tales videntur demittere se, quasi toti ex unius coelestis magistri ore pendentes, nihilque hominum iudicio tribuant: magis tamē placitis suis addicti sunt, quando quod semel arripiuerunt,

puerunt, adeò mordicus tenent, vt
nullis arietibus sinant inde se dimo-
ucri.

Simplicitas sanè semper digna fuit
fauore, & iuxta Euripidion illud: Veri-
tatis simplex oratio. Talis verò simili-
citas cōiuncta est cum candore & syn-
ceritate: quæ nihilominus, vel Cypria
no teste, retineri potest, si vel maximè
figuratè Christi verba accipientur in
cœna.

Veræ fidei eadem est ratio: atq; na-
tura, vt hominem in sua mente certū
reddat, animūm eius conuincat, sub-
iuget, captiuum ducat ad obediendū
Christo: vnde & ἀληφορία & clēchus
nuncupatur à Paulo.

At quæ humanis imaginationibus
nititur, non est fides: vt ut prima fron-
te ac facile assentiri, & postea etiā con-
stanter in concepta semel sententia
perseuerare videatur. Non enim mox
quia creditur aut propugnatur aliqd
ab hominibus, idcirco etiam est verū
& scripturæ consentaneum: sed quod
ex ore Dei firmiter recteq; perceptū
est,

est, ei tanquam fundamento incun-
bens fides, tutò credit. Malè percepto
Dei verbo, falso etiam & malè credi-
tur, quicquid tandem inseritur inde &
statuitur.

Vtrum autem Christi verba in cœ-
na secundum literam & propriè (quod
simpliciter vocant:) an potius secun-
dum quid, & suo quodam modo, hoc
est, impropriè, figuratè, spiritualiter
acciipiēda sint, ex sequētibus patebit.

Hactenus sufficiat hoc euicisse, si
Christus propriè non sit locutus, fru-
stra nunc obisci eius verba ab ijs, qui
literalem sensum verbis ipsius accom-
modant. Indignè etiam atque imme-
ritò fidem flagitari ad ea credenda à
nobis, quæ Christus credi nunquam
voluit.

A N S I M I L I T E R C A P E R
natis peccent, quoquot querunt, quo-
modo Christi corpus edatur in
cœna Domini.

Veniamus modò ad calumnias,
quibus adducuntur in odium,
qui

qui è cortice literæ nucleus, hoc est
spiritum eruvi volunt. Aequantur illi
Capernaitis infidelibus, dubitatis,
quomodo dominus suam ipsis carnem
posset dare comedendam. Quod igitur
illis vitio a domino datum est o-
lim, idem hodie figuratoribus crimi-
ni vertendum iure censem: quarens
ribus scilicet, quomodo & panis sit
christi corp^o, & quomodo hoc ipsum
a nobis edatur.

II. Respondetur ad maiorem: libenter
nos concedere, ut idem in nobis, quod
fuit culpatum in Capernaitis, culpe-
tur. Christus autem ibi stolidum Ca-
pernitarum stuporem reprehendit,
qui verba de manuducanda carne bi-
bendoq; sanguine christi, spiritualiter
dicta & intelligenda, carnaliter sa-
piendo acciperent: id quod non ex Ori-
gene, Athanasio, Chrysostomo & Au-
gustino modo, verum ex ipsis etiam
christi ore manifeste colligitur. Ut
ipsa iam res loquatur, Vtri Capernai-
tis ea in parte conferendi sint: Illinc,
qui forma interrogacionis Capernai-
tas,

tas, veritate rei referunt sententiam
Christiani, qui refugiētes à forma quę
rēdi, Capernaitis ipsa re similes sunt.

QVANDO IUDAI CVM ILI
*lud (Quomodo) ex sententia Cyrilli habeat
locum in disputacione de cœ-
na Domini.*

Sed deinus, Capernaitarum inter-
rogationem ex infidelitate ortam
esse:num idcirco semper & ubiq; pro-
fanū ac impium est quærere, quomo-
do quod Christus dixit, verum & in-
telligendum sit? Cur igitur multi san-
ctorum hac ipsa interrogatione tam
in sacramentaria disputatione, quam
in reliquis fidei Christianæ articulis
excutiendis, uti non sunt veriti?

Cyprianus Apostolicum hoc syn-
cerāq; veritatis esse scribit, expōnere
gentibus, quomodo vinum & panis
caro sit & sanguis.

Augustinus itidem quærit, quomodo
panis sit corpus Christi, quum Do-
minus die ascensionis corpus suū le-
uarit

uarit in cœlum. Adeoq; Augustinus non duxit reprehensibile, modum secundum quem panis sit Christi corpus, inuestigare: vt ipse permiserit sibi certis quoque regulis præscriptis definire, quēadmodum & hęc Christi locutio, & aliæ similes in scriptura intelligendæ explicandæq; sint. Quinetiam vetat, ne eiusmodi expositio spernanter, sed potius sapienter audiatur.

Interest ergo multum, inter Iudicum illud (*Quomodo*) è fastidio, ac inter sanctorum hominum (*Quomo-*
do) pio discendi studio profectum.

QVONAM SPIRITV AGAN-
tur, qui de cœna Domini quæstio-
nem mouent.

Qum Paulus apostolus inter manifesta opera carnis recenseat litigies & cōcertationes, & Corinthijs scribat: Quū in vobis sit æmulatio, & contentio, & factiones, nōne carnales estis, & secundum hominem ambula-

tis? Idemq; ab unoquoque seruo Do-
mini serio requirat, ut quæstiones, ver-
borumque pugnas fugiat & omittat:
hinc suspicetur aliquis non immer-
tò, prorsus ab omni disquisitione ve-
ritatis, in aliqua de re quacunque or-
ta cōtrouersia abstinentiam eun-
dum erroribus. At verò utrumque re-
quiritur à fidelibus ministris & pasto-
ribus, ut & contradicentes conuince-
re, eisq; os obturate possint: & nihil o-
minus interim, cū mansuetudine eru-
dice eos, qui obsistunt, studeant. Etsi
ergo è pugnis disputationum nasci-
tur inuidia, contentio, maledicentia,
suspiciones malæ, & ambitio ferè pu-
gnas parit: negari tamen non potest,
in sacrissiteris reperi disputationes
tum Christi, tum aliorum de rebus sa-
cra, motas quidem ab ambitionis veri-
tatis hostibus, quibus nihilominus
occurserunt Christus & sancti:
quorū vestigijs & nos bo-
na cōscientia insiste-
re possumus.

CURIOSVM NE, TEME-
rariūm ue sit inuestigare, quomodo pa-
nis sit Christi corpus.

INstant illi, nē minem debere solici-
 tum esse, quomodo Deus, qui supra
 omnem modū, & extra naturā ratio-
 nisq; leges sit positus, verum esse ve-
 lit, quod dixit.

At non vident, aliam esse solici-
 dinem, qua homines voluntatē Dei
 sacris literis proditam perscrutari cu-
 piunt; aliam item, qua de euentu am-
 bigunt. Prior cura per se laudabilis
 est, & necessariò Christianis omnibus
 incumbit. Cæterū cognita semel
 satisq; perspecta voluntate diuina, rū
 adhuc dubitare, & nodum in scirpo
 quærere, hoc videlicet manifestissi-
 mūm incredulitatis est indicium. Ad
 hunc modum Augustinus dum cona-
 batur penetrare alta secreta verborū
 Christi, per anthypophoram sibi ipse
 occurrebat, inquiens: Temerè fortas-
 se facimus, quia discutere & scrutari
 volumus verba Dei. Et quare dicta
 sunt,

sunt, nisi ut sciantur? quare sonuerūt,
 nisi ut audiantur? quare audita sunt,
 nisi ut intelligantur? Nunquid ergo
 audire nos voluit verbum suum, &
 intelligere noluit? Quandoquidem, si
 in audiendo & credendo vita æterna
 est multò magis in intelligēdo. Quo-
 niam ergo loqui nobis dignatus est,
 debemus credere, quia voluit ut intel-
 ligatur.

Num verò Christi verba in cœna
 mystica ita clara, & cuiuis ad intelligē-
 dū fint per se obuia, ut nulla prorsus
 interpretatione indigeāt: Item, sit' ne
 vel transsubstantiatio, vel consubstan-
 tiatio tam certa & plana ex Dei ver-
 bo, ut in vtramiq; inquirere nefarium
 sit existimandum, sequētia docebūt.

QVATENVS SENSVS HO-
minis excludantur, vel admittantur ad
djudicandam Sacramento-
rum veritatem.

Contendunt aduersarij etiam at-
 que etiam vehementer, de oculis

& auribus claudendis, dcq; exploden
 da ratione humana cum adminiculis
 omnibus, quibus diuina rimari my-
 steria, & suopte marte que ingenij no-
 stri captum longè superant, consequi-
 conatur. Nam & sancti patres subinde
 monent, circa Sacramēta maximē, ne
 sensuum aut rationis iudicium, quod
 s̄epe fallax est, sequamur. Siquidem
 animalis homo non percipit ea, quae
 sunt Spiritus Dei, quia stultitia illi
 sunt: & carnis prudētia inimicitia est
 aduersus Deum, quoniam legi Deinō
 subditur: vnde & Apostolus omnem
 cogitationem, quae extollitur aduer-
 sus cognitionem Dei, captiuam duci
 iubet. Hinc eliciunt tale argumētum:
Quæcunque sensus & ratio humana
 dijudicare nequeunt, in ijs iudicium
 rationis ac sensuum sequi nemo de-
 bet: De rebus spiritualibus, cuiusmo-
 di sunt Sacra menta, sensus & ratio iu-
 dicare nequeunt: Ergo in Sacramētis
 iudicium rationis ac sensuum nemo
 sequidebet.

Respondetur ad assumptionē: Sa-
 cramen-

cramenta constare partim rebus sensibilius & visibilis, partim insensibilius & inuisibilis. De rebus intelligibilius & cœlestibus in Sacramentis exteriore hominis sensus non iudicat: quamobrem si spectetur quod in Sacramentis est præcipuum, non sunt illa sensibus æstimanda. Eatenus igitur valet argumentum de non admittendo sensuum iudicio in diuinis rebus. Nam circa baptismum regeneratione & renouatio, quæ in aquæ lauacro conficitur, est intelligibile quiddam, vt ait Chrysostom⁹, neque subiicitur sensibus: interim tamē possunt ac debent exteriore sensus seruire animo, ad contemplationem rerum cœlestium. Sunt enim veluti *κριτέρια* & nuntij, deportates ad mentem simulacra sensibilium rerum: vnde postea certū intus de insensibilibus formatur iudicium. Mirabili quippe consilio Dei sic cum homine comparatū est, vt quia nō modò eius anima, sed corp⁹ quoque immortalitatis aliquando futurum est particeps: vtraque pars homi

nis obeat sua munia in Dei cultu: qui
quum duplex sit, exterior scilicet, ac
interior: & hic fide atque spiritu, ille
ceremonijs & ritibus constet: licet in-
terior religio primas teneat, adiuna-
tur illa tamen non nihil cultu exte-
riore.

Hanc confessionem corporis & a-
nimæ in Sacramentorum usurpatio-
ne Veteres etiam notarūt. Dionysius
in cœlesti Hierarchia, propterea dicit
Eucharistiam per symbola nobis esse
traditam à Domino, quoniam aliás fie-
ri non potuerit, ut mens nostra ad nu-
dam materięq; expertem rerum cœ-
lestium contemplationem pertingat,
nisi adminiculorum exterorum ma-
nuductione vtatur. Et Chrysostomus:
Si, ait, incorporeusestles, nuda tibi hęc
incorporea dona tradidisset: nunc qā
corpori anima implicata est, quæ mē-
te percipiuntur, ea tibi in rebus sensi-
bilibus tradidit.

Prout ergo in homine corpus est
& anima, & similiter in Sacramentis
res sensibiles & intelligibles: ita suū
cuiq;

cuique manet saluum & incorruptū
de rebus sibi competentibus iudiciū.
De internis & inuisibilibus sola fides
iudicat in hominis animo: de exte-
nis & visibilibus signis valet sensuum
iudicium, ut in diuinis rebus hoc
hebescat.

Quare, si de sensibilibus circa Sacra
mēta error aliquis obortus, redargui
possit per ipsos sensus: stultū hīc fue-
rit, magistros & iudices sensus admit-
tere nolle, quum Augustinum nō pu-
duerit, in Sacramento Eucharistiae, &
advisum, & ad gustatum prouocare,
quo ad externa. Nam in Sermone ad
infantes: Quod, inquit, vidistis, panis
est, & calix, quod vobis etiam oculi re-
nunciāt: quod autem fides vestra po-
stulat instruēda, panis est corpus Chri-
sti, & calix est sanguis. Item de doctri-
na Christiana: Sacramento corporis
& sanguinis, ait, prægustato, Domin⁹
significauit quod voluit.

Itaque contra eos, qui negant pa-
nis & vini substantias post consecra-
tionem remanere in cœna, nihil pro-

C 4 hibet,

hibet, quin liccat testes aduocare sensus: ut quia ibi oculis videtur, & ore gustatur panis & vinū, necessariò maneat utriusque substantia. Nec morari nos debet apertissimum illorum mendacium, quo toti mundo illuminant, dicentes: Accidentia tantummodo panis & vini absque substantijs relinqui.

Similiter & illi conuincuntur per ipsos sensus, qui corpus & sanguinem Christi substantialiter & corporaliter adesse, edi & percipi etiam ore communicantium asserunt. Nam si omnino corporaliter adest corpus & sanguis Christi, quid obstat, quod nihil istorum ibi sentitur, videtur, tagitur, gustatur, nullumq; planè corporis & sanguinis Christi signū appetet: quū Christus etiam à resurrectione corpori suo iam clarificato, hoc tanquam proprium & perpetuum attribuat, sit palpabile, ut à spiritu differat? aliquis sequeretur, corpus Christi naturā suam in essentialibus mutasse, vt cest desicerit qd' erat, & vnde ab ipso Christo pro-

sto probatur verum esse corpus. Quęcunque verè sunt corporea, & ore corporeo corporaliter eduntur atque buntur, ea sub sensus cadant oportet: si minùs incurvant in sensus, falsissimum tunc est, si quæ sunt eiusmodi, dicātur edia aut bibi ore corporaliter. Nec iuuat eos, hoc querentes latibulum & diuerticulum quo se abdant, dum persuadere nitūtur, sensibus nō esse in tantis tamq; diuinis rebus fidendum: quod quidem ex sententia sanctorum Patrum recte dicitur, sed longè aliter atq; hi volunt.

Nam si fidei veræ ac sensuum iudicia inter se pugnent: quemadmodum Deus s̄p numero perturbat & infatuat sapientiam mundi huius: tunc animo recta fide imbuō facile cedēt redacti in ordinem renitentes sensus: id quod in exemplo Abrahami apparet.

At ybi deest iusta causa, q̄ cogat nos à natura, & sensu rationisq; iudicio discedere: etiam si tūc mens humana falso persuasa, opinionem pugnantē

C 5 cum

cum sensu communi conceperit: propter ea tamen nō est existimanda sentire bene, quòd rem absurdā, & à communis sensu alienam statuit. Neq; huiusmodi absurditatem fides ita leviter decuorat, vt aduersarij putant: nisi expressum Dei verbum atq; id ipsum ritè intellectum, fidei præluceat.

Quàm verò nihil adimat veritati Sacramentorum, si externi sensus suo fungantur munere in excitanda fulciendaque fide, interim dum à rebus aspectabilibus imagines rerum cœlestium ac inuisibilium formantur in animo, quiuis sana mente præditus, sat intelligit.

Quid igitur opus est tantis clamoribus aduersus ipsos sensus, quum nemō sit, qui dicat, de rebus per signa Sacramentalia significatis, pro sensuum iudicio pronunciandum esse, nisi forte earundem natura hoc postulet: sed alius & sublimius quiddam factum illuc considerari & agi, quàm q; sensibus patet?

AN

*AN HUMANÆ RATIONI
locus in diuinis mysterijs excutien-
dis dandus sit, nec ne.*

Ratio humana, ut est ex ea & origi-
nali vitio depravata, sepe fallitur
& errat, præsertim circa diuina: in qui-
bus si à sanæ fidei regula deflectat, tunc
haud dubiè peccat, eoq; est relinuen-
da. Quando autem tramitem diuinæ
veritatis tenet ac sequitur, sicut tunc
non errat: ita nec reiiciendum, nec su-
spectū mox aliquid propterea solūm
est habendum, quod rationi arrideat.
Nam in renatis, qui spiritu Dei ducun-
tur, ratio non est otiosa: sed gubernata
per Spiritum & fidem, multa restat
intelligit & dijudicat, quæ minimè p-
pter eius assensum repudianda sunt.
Et hoc pacto conceditur illi locus ali-
quis etiam in Sacramentis: in quibus
analogiam signorum & rerum signifi-
catorum obseruat & approbat, & cras-
fas cogitationes remouet: quæ ob id,
quia propter subtilitatē ingenij do-
ctorum hominum plausibiliora appa-
rent,

rent, non sunt cōtemnenda. Sed tum
demum iste applausus & subtilitas ra-
tionis meritō fallax haberetur, si ver-
bo Dei repugnaret, aut ab eo ad suas
coniecturas & deliria discederet. At
spiritualem verborum Christi in cœ-
na sensum vel rectæ rationi, vel Dei
verbo aduersari, nunquam euinci po-
test. Immeritō igitur sententia per
se bona, propter rationis applausum
exploditur.

*AN AD DECLARANDA
diuina mysteria liceat profanæ philo-
sophiae adminicula ac-
cerſere.*

FX agitantur etiam hoc loco bonę
artes, quòd harum ductu cùm in
exquirenda Sacramētorum veritate,
tum in refutandis erroribus, utimur.
Indignum opinantur, Theologica a-
xiomata censuræ grammaticorū, dia-
lecticorum, rhetorum denique, & ma-
thematicorum ac physicorum subij-
ci. Fines enim scientiarum non sunt
confun-

confundendi: neque sutor vltra crepidam.

Respondemus, ipsas res, quas Theologia sibi vendicat, & quibus significandis cum verbū Dei, tum Sacramenta reperta sunt, quia philosophia p̄fā na ignorat: ideo neque posse, neq; debere ē philosophia dijudicari. Verū enim uero, quum Theologia sermonē ad explicationem rerum sibi subiectarum vtatur: beneficio logicarum artium dignoscit & tradit verborum tum simplicium, tum coniuctorum proprietatem, veritatem, falsitatem & ornatum. Theologia ergo aliunde de genere sermonis, quam de rebus ipsis iudicat.

Neque mox confunduntur artes, etiam si in officijs communicādis, superioribus inferiores seruant. Quis nescit, medicorum, iurecōsultorum, poëtarum, philosophorum, oratorū, historicorum, mathematicorum professores à grāmatica separatas esse? Nihilominus Quintilianus grammaticæ aliquid in illis dijudicandis trubuit,

buit, nempe sermonis proprietatem:
cur minus grammatica in Theologia,
relicto Theologis suo interim offi-
cio, partes suas exequatur?

NIHIL DECEDERE THEO-
logiae, vel Dei verbo, vel Sacramentorum di-
gnitati, si ad dijudicandum sermonis
genus logicis artibus
videtur id utamur.

QVAM verò non dedebeat, sed po-
tiùs necessarium sit, in causa Sa-
cramentaria, si consulantur logicè ar-
tes, uno atque altero exemplo disce-
re licebit.

Principio grammaticarum rerum
ignoratio peperit nobis errorem illo-
rum, qui per pronomen demonstra-
tium, tam Græcum, τότε, quàm Latí-
num, Hoc, in solennibus Christi ver-
bis, aliud quippiam præter panem de-
monstrari putarunt: eò quòd utrobi-
que pronomen ponatur in neutro ge-
nere, quum vox demonstrata generis
sit masculini. Insanias oportet hoc lo-
quuntur.

co, qui neget generis commutationē factam esse, si panis & ꝝ intelligi debeat. Aut igitur solœcismum, aut enallagen, seu heterosin generis agno scamus necesse est. Quis autē non mālit in Christi sermone virtutē, quām vitium admittere?

Ita in verbis (Traditur & Funditur) temporis enallage est: quia tunc, quū Christus ista loqueretur, nōdum corpus eius tradebatur, nec fundebatur sanguis, sed postridic primum fiebat vtrumque. Vnde & hodie, qui præsentiam rerum, simpliciter intellectis verbis, vrgent, conuincuntur.

Quantūm verò hoc piaculum est, quū in ista propositione: Hoc est corpus meum, iuxta dialecticorū distinctionem, prædicatio $\tau\delta\phi\sigma\iota\pi$ dicitur inesse? quandoquidem disparata duo (cuiusmodi sunt panis & corpus Christi) naturaliter de se inuicem affirmari nequeunt.

Item, si de Sacramento Eucharistie pro relativorum natura, non ē prædicamento substantiæ, differatur: quoniam

niam omnia Sacra menta ad ordinem
 τῶν πρός θ., non τῶν ὑφεικότων pertinet;
 quantumlibet à rebus per se subsisten-
 tibus orta, rursum ad res per se existē-
 tes referantur. Deus bone, ut hīc cæ-
 lum terræ miscent diris suis execratio-
 nibus, quibus eos deuouēt, qui ex Ca-
 tegorijs Aristotelis, de verbis Christi
 aut diuinis mysterijs iudicium facere
 tentant. Si quis autem ex sophisticis
 Elenchis, technas & strophas, quibus
 humana cæcitas & peruersitas circa
 Dei verbum & Sacra menta ludit atq;
 luditur, soluat: cum queruntur è Chri-
 sto sophistam, & è verbo Dei cauilla-
 facere. Quasi verò diaboli fraudes stru-
 ðæ testæq; pulchro titulo, vel in Chri-
 stum, vel in ipsius verbum redundent:
 aut qui eas detegit aut redarguit, is
 mox Christum ipsum doli arguat.

Porrò si vel in ostendendo Eucha-
 risticæ controversiæ statu, quem τοῦ πα-
 τὸν Ιησοῦν αὐτοῖς, id est, scripti & sententiæ
 ponimus: vel in declaranda tota illa
 mystica tum verborum, tum reruni
 administratione Sacramētis propria,
 orato.

oratione artis vocabulo vtamur: & dicamus, eam instar christi mixtarum esse, quarum in communione plurimus fit usus: si deniq; pro genere clo-
cutionis enucleando, lumen aliquod verborum Christi montremus: obid
ne rei laesae maiestatis erimus? Perinde ac si Christo ignominio sumisit, si figura-
tate, aut ex vulgi constitudine locu-
tus perhibetur: vel nobis figuræ in
Christi sermone observare sit inter-
dictum.

P H Y S I C A E E T G E O M E T R I A
*speculationes, quid ad Sacramen-
torum considerationem*

Argumentorum, quæ ex physicis & mathematicis disciplinis in Sacramentariani disputationem inue-
hantur, longè alia cstratio: Libenter enim ac vltro fatemur, cōcertationes de localitate, vbiuitate, dimensione & immensitate corporis Christi, è me-
dia philosophia petitas, peregrinas

esse, & ad Sacramentorum veritatem
& summam nihil aut parum facere.
Quoniā verò nonnulli septa Theo-
logiæ transilientes, in cœna Domini
hunc accidentia panis & vini sine sub-
iectis substantialibus suspendūt: nūc
duo diuersissima corpora: vnum sine
accidentibus suis nativis, alterū cum
proprijs accidentibus, in codem sub-
iecto ponunt: extorquent illi sua im-
portunitate nobis hanc absurditatū
penè infinitarum, quæ inde nascitūt,
confutationem, vt è profanis literis
stultitiam eorum retundamus. Si er-
go queritantur, nos extra Theologiæ
limites euagari, cogitent, se maximè
in culpa esse, q. istos fines intra quos
se continere debebant, priores egre-
sifunt.

Cæterū, quamuis res dñinæ in-
genij humani captum longè transcē-
dant: licet tamen vnde cunque ex vni-
uersitate atque natura rerum, pro ve-
ritate aduersus errores subsidia aduo-
care, nisi ex professo cum fide pugnēt.
Ita Christus & Paulus de resurrectio-
ne car-

ne carnis physicè multa disputat. Augustinus de veritate humanæ naturæ in Christo clarificato. Fulgentius & Vigilius de diuersitate naturarū Christi. Athanasius deniq; contra substantialem corporis Christi manducationem, ἐν ἀσύντοπῳ ex natura manifeste colligit, negas corpus Christi, si re ipsa ac propriè edendum sit, toti orbi posse sufficere, sic inquiens: Quantum est corpus ad hoc, ut totus mundus ex eo ederet? Temere itaq; philosophia mortali bus à Deo donata exploditur, si usus eius in Theologia aliquis esse possit.

**D E P R I N C I P A L I Q VÆ-
stione seu statu Eucharistica conten-
tionis quam varie eretur.**

Expeditis ijs, quæ in vestibulo hu-
ijs disputationis plurimos alienare aut remorari solent, ne rationes ambarum partium penitus cognoscant: aggrediemur nunc eas tricas, quibus circa ipsum huiusc disputationis

tionis caput implicati plerique, more Andabatarum in tenebris pugnati: & dum hic mulget hircum, ille suppeditat cribrum. Multi identidem, ut aduocatus ille apud Martiale, crepant Muttios, Camillos, Fabiosq; quum lis sit de tribus capellis.

Peccant autem isti omnes clenchit ignorantia, quamquam diuersa ratione: prout alij propriis reliquis scopulis videntur attingere. Nonnullis enim hac in causa idem prope modum videntur, quod impetratis medicis accidere solet in curandis ægrotis: qui, antequam originem & causas morborum perspexerint, remedium adhibent: interim, dum corpori languenti appetim afferre volunt, eani partem, quam maximè laboratur, intactam relinquent.

Tametsi vero quidam ad fontem ipsum, ex quo Sacramentorum natura & dignitas haurienda est, recurruunt: hoc tamen turbato infecto ue, necesse est, ut riuiuli inde promanantes, scatulæ rigincm suam resipiant. Quo fit, ut de-

tota Eucharistia nunquam rectè pos-
sit differi, nisi verbis Christi, quibus sa-
cro-sancta cœna Domini fundata est,
bene intellectis. His enim à genuino
sensu detortis, sequitur necessariò n-
plius quoque mysterij præpostera ex-
plicatio.

A N D E S V B S T A N T I A
*Sacramentorum præcipue controuer-
 tatur, & quid per substan-
 tiā intelligatur.*

MEtusiasæ cum Synusiastis ple-
nis buccis clamitant, substan-
tiā Sacramentorū à se retineri, quæ
à Figuratōribus & Significatistis tol-
latur. Grauissima profectò prima fron-
te accusatio. Nam Sacramentorū an-
nihilatio, euacuatio, exinanitio, nihil
à sacrilegio differt.

At verò substantiæ vocabulum alii
ter ab illis hoc loco accipit, quam
vel Dei verbum, vel rei ipsius natura
patiatur. Non enim quod humana o-
pinio, sed quod Deus Sacramentis tri-

tribuit, id ad Sacramentorum dignitatem pertinet; Deinde, constat hoc ferè inter omnes, Sacra menta esse inuisibilis gratiæ visibilia signa. Qui iam paneum & vinū non abiciunt, & salua corporis & sanguinis Christi natura manete, nihilominus illa in cœna modo retinent, quo Christus signis visibilibus adiuncta esse voluit; quomo do hi substantiam Sacramenti tolle re dici possunt?

Metu si astæ substantias signorū abiciunt, contra institutum Domini: & in locum abicctorum verbo tenus substantiarū corporis & sanguinis Christi substantias transponunt, citra Dei iussum; & nihilominus adhuc de substantia Sacramenti gloriantur.

Synus si astæ signorum quidem substantias relinquunt: sed his rerum significatarum substantias substantia liter & corporaliter cōiunctas esse volunt: atq; sic ipsa significata cuerunt. Nam si corporaliter sunt præsentia, non sunt amplius significata: & dum illis volunt Christi corpus esse præ sens.

sens, vbi nullum veri corporis Christi signum exhibetur, tantum nō corpus illud substantialibus suis spoliant.

Vtrique ergo, dum substantiam Sacramenti retinere videri volunt, eam auferunt, tam qui substantias panis & vini remouent, quam qui corporis & sanguinis Christi substantias substatuunt.

Verissima enim Sacramentorum substantia in signis & rebus significatis est posita, non tanquam per se subsistenteribus, (ita enim ad alium naturae ordinem pertinent) sed tanquam mutuo inter se comparatis.

Signorum autem ex instituto Domini proprium officium est, significare, representare, in mentem reuocare, memoriam refricare passionis mortisq; Dominicæ. Rerum significatarum alia vis est & proprietas in cœna Domini: nempe, ut corpus Christi p nobis traditum, & sanguis effusus in remissionem peccatorum, satiet, atque reficiat esurientes sitientesq; iustitiā. Id quod signa per se nunquā possent,

inī à visibilibus elementis animū ad
invisibile corporis & sanguinis Chri-
sti gratiam traducerent.

SQuando iam Christi corpus per pa-
nem, sanguis eius per vinum in cœna
significari dicitur: tunc alterius tantū
partis Eucharistiae, hoc est, visibilium
signorum munia & vices ostendūtur.
At non satis est, signa Sacramētorum
suo fungi munere, quod à filio Dei ijs
inianstū & impositum est: oportet
etiam significatas ibi præstare, quod
ipsarum est. Quorsum enim hæ nobis
per illas significarentur? Peracta per pa-
nem & vinum significatiōne (quam
vocationem acceperunt à Deo) quis
non videt superesse adhuc præcipuos
terum significatarū effectus? Si enim
totius Eucharistiae finis consistit in re-
bus significatis: & signa suum præstār
officium significando ac repræsentan-
do: quanto certius atque efficacius
res significatę excquētū postea quod
debet?

Itaque siue spectetur natura signo-
rum, siue rerū significatarum substā-
tia

tia consideretur, non quatenus sunt
res per se existentes, sed quatenus ibi
nobis in cibum & potum proponun-
tur: tantum abest, ut per spiritualem
verborum Christi intelligentiam sub-
stantia Sacramentorum cleuetur aut
obscuretur: ut per eandem maximè il-
lustretur & stabiatur.

Decipiuntur autem, qui de substā-
tia Eucharistiae secūs sentiunt & lo-
quuntur, in eo, quod panis & vinum,
item corpus & sanguis Christi, quum
utraque per se subsistant, priora poste-
riorum nominibus appellantur. Qua-
si verò propter hāc nuncupationem
necessari naturas mutari, aut substā-
tialiter coniungi. Ratio potius istius
commutationis vocabulorum erat
inuestiganda, quām hāc nondum per-
specta, tam insulfē de substantia rerū
inceptiendum. Quippe mox, illa reper-
ta, intelligeretur, longè aliud in Eu-
charistia agi, quām quod vul-
gus Metusiastarum & Sy-
nusiastarum cre-
dat.

D S QVAN.

*QVANTVM A SCOPO AB-
errent, qui potissimum de reali præsentia cot-
poris & sanguinis Christi in Euchari-
stia litigari censem.*

Quandoquidem penè omnes fa-
tentur Dominum institutis suis
ad esse: alij verò id per Christi diuinita-
tem & Spiritum: alij etiam secundum
humanitatem corporaliter adesse cō-
tendunt: sunt, qui litem circa Eucha-
ristiam de modo præsentiae moueri
opinentur.

Christi verò de pane dicentis: Hoc
est corpus meum, mens non fuit, ut
quoties cœna ipsius celebraretur, cor-
pus suum realiter præsens statueret
ac sisteret. Quia verba quæ mox subij-
ciuntur, diuersum docent, quum di-
xit Christus: Hoc facite in mei memo-
riam, seu cōmemorationem. Memo-
ria enim & præsentia, quo ad corpus
& sanguinem Domini in cœna, oppo-
nuntur, teste Bernhardo: qui hoc dis-
crimen inter Angelos reali præsentia
Christifruentes, ac inter nos, qui me-
moria

moria tantum, fide & Spiritu, quasi
per speculum in ænigmate Christum
intuemur, statuit, ut dicat: Non pari
omnino iucunditate sumitur cortex
Sacramenti, & adeps frumenti, fides &
opus, memoria & præsentia, æternitas
& tempus, vultus & speculum. Ange-
lus ex adipe frumenti saginatur; & nu-
do satiatur grano: me oportet inte-
rim quodam Sacramenti cortice esse
contentum, carnis surfure, literæ pa-
lea, velamine fidei, &c.

At ne quis cogitaret, hac descripti-
one spoliari Sacra menta debita lau-
de, præmiserat Bernhardus, Acquè ap-
poni nobis veritatem, hoc est, Chri-
stum ipsum, in Sacramento & verbo,
atque Angelis in cœlo, sed diuersa ra-
tione: Illis nudum, nobis velatum sub
Sacramenti cortice, literæ palca, &c.

Vbi agnoscit Bernhardus aliquam
Sacramenti veritatem, quæ non mi-
nus constet, quam si ipsa res præsens
realiter sistatur & constituatur. Non
enim illa tātummodo vera sunt, quæ
realiter sunt præsentia: neq; realiter
absen-

absentia semper à veritate remota sunt: est & absentium atque sperandarum rerum (quarum hypostasis est fides) certa quædam veritas. Sic ipse salui sumus, quamvis nondum appa-
ruerit id, quod futuri sumus: obliga-
titamen Spiritu promissionis sancto,
expectantius redemptionem per pa-
tientiam. Spes autem si videatur, non
est spes: & nihilominus certa est, si-
cet non videatur, propter diuinam
promissionem, qua nititur. Cur igi-
tar, quæso, memoria Christi in cœna
magis frigida vel leuis existimetur, si
dicatur rerum esse absentium, non
præsentium?

Nec verò quenquā mouere debent
quærelæ eorum, qui pijs conscientijs
præcipuam consolationem, quam è
Sacramentis percipere debebant, eri-
pi dicitant. Non enim minus per spi-
ritualem præsentiam & manducati-
onem corporis Christi adipiscimur,
quam è corporali præsentia ad-
uersarij ad se peruenire
arbitrantur.

53

AN DE MODO MANDV.
candi corpus Christi, solum & præcipue
in controuerſia Eucharisti-
ca agatur.

Si rem ipsam speſtemus, planè de-
mādūcatione corporis Christi est
inter partes contentio. Alij enim du-
plicem tantum, alij triplicem mandu-
candī rationē ponunt. Illi vñā cor-
poralem, signorum: alteram spiritua-
lem, rerum significatarū. Quibus duō
bus modis, hi tertium affingunt cor-
poralem, & ipsum rerum significata-
rum: & postremum hunc cum priore
communiem faciūt pijs ac impijs: spi-
ritualem pijs tantum, eumq; salutare,
absq; quo nimirū reliqui duo modi
plus officiant, quām prosint.

Si verò analogiam partium totius
Eucharistie inspiciamus, easque cum
integro homine cōfertamus: inuenies
mus vnam tātummodo corporalem
ac propriam mandūcationem, panis
scilicet, ac potationem vini. Nam cor-
poris Christi mandūcatiō, & sangu-
nis

nis eiusdem bibitio, non nisi spiritua
lis est.

Quærunt aduersarij, quomodore-
rum substantialium (cuiusmodi sunt,
corpus & sanguis Christi) spiritualis
queat esse manducatio & bibitio, ut
substantia corporis & sanguinis non
abeat in spiritum, aut evanescat.

Respondemus, illa per se quidem
in sua manere substantia, qualia sunt:
quatenus verò in cibum & potū pro-
ponuntur, istisq; nominibus nuncu-
pātur, hoc dicimus fieri spiritualiter,
per gratiam & Spiritum. Ergo nō ipsa
tantum manducatio corporis est spi-
ritualis, sed & esca & potus: licet cor-
pus & sanguis Christi per se substan-
tialia & corporalia sint. Disceptatur
ergo sanè de rebus ipsis in coena: at o-
mnis disceptatio ex varia verborum
Christi intelligentia est orta. Antea
quidē quām Christus venisset in car-
ne, res per manducationem corporis
Christi intelligenda, veteribus quoq;
pijs & fidelibus in usu fuisse legitur.
Quia verò tum temporis nondum sic
fuit

fuit appellata, nulla etiam de huiusce
 modi mandatione extitit disputa-
 tio. Quod idem de regeneratione in
 baptismo iudicari potest. Quae res,
 quāvis ab initio mundi locum in san-
 quis habuerit: Nicodemo tamen eius
 mētio tam noua & inaudita fuit, quū
 primū audiret Christū ea de re dispe-
 rentem, ut propterea obstupesceret, ac
 nescio quem redditum in matris vterū
 somniaret. Sic nemini vñquā de man-
 ducāda Christi carne, bibendoq; eius
 sanguine venisset in mentē, nisi Chri-
 stus in suo verbo vtrumque fieri præ-
 cepisset. Posteaquam ergo expressum
 Christi mandatum habetur, cōceptum
 est inde primū de mandatione il-
 la cogitari. Et quum ipsa res, quā Chri-
 stus per mandationem suā carnis,
 & potationem sui sanguinis intelligi
 voluit, per se plana minimeq; absurdā
 sit: omnis monstruositas, si qua hīc ap-
 pareat, non ex ipsā re, sed ē falso & car-
 nali verborum Christi intellectu pro-
 ficiuntur: id quod in Capernaitis vi-
 dere est. Quare hodierna cōcertatio
 quo

quo ad res ipsas, nulla foret, si verba
Domini iuxta eius sensum acciperen-
tur. Verba enim rerū simulacra sunt:
& sēpc illas, maximē in discendo, pre-
currunt: quum aliās res sua naturaver-
bis priores sint. Verbis igitur malē p-
ceptis, nec de rebus quidem rectè po-
test iudicari. Hoc, inquam, peperit no-
bis tot logomachias, dū humana cō-
citas & supersticio pro litera cōtra spi-
ritum sese extulit.

Quare percepta primūm yerbōrum,
deinde & rerum recta intelligentia,
multæ otiosæ quæstiones sua sponte
concent: qualis & illa est de infide-
lium manducaōne, Vtrū illi sumen-
tes panem & vinum Eucharisticū, pa-
riter sumant corpus & sanguinē Chri-
sti? Quomodo enim hoc illis tribui
potest, quod qualēnam sit, ignoratur
ab ijs, qui id volunt?

*AN FIGVRATORES ET
Significat̄r̄ veritatem & potentiam
verborum Christi in cœna ne-
gente, aut oppugnent̄.*

Prosilunt alij ad certamen illoris
 manibus atque pedibus. Quum
 enim ne primoribus quidē labris cau-
 sa statū degustarint, nihilominus de-
 victoria magnificè triumphāt, prins-
 quam manus conserant. Proponunt
 autem sibi talia ad disputandum, de
 quibus nemo sana mente ausit dubi-
 tare. Vnde facile eis est reportare vi-
 ctoriam, vbi nullus resistit hostis. Pu-
 gnare nos de veritate atque potentia
 verborum Christi in cœna fingūt: sed
 res longè secūs habet. Neque enim de
 veritate, neque de potētia, imò ne de
 sensu ac voluntate Christi dubitatur
 à nobis amplius: sed cōtra peruersam
 verborum Christi interpretationem,
 omnis est nobis cum aduersarijs con-
 tentio. Hanc nos impugnamus, illi p-
 pugnant: non Christi verba, non sen-
 sum, multò minūs veritatem & potē-
 tiā Christi. Ostendant autem aduer-
 sarij, eam fuisse Christi mentem, vt na-
 turas panis & vini, vel per transsubstā-
 tionem in suum corpus & sanguī-
 nem mutaret: vel per consubstantia-
 tionem

tionem cum substantia sui corporis
& sanguinis corporaliter coniunge-
ret. Vtracunque pars hoc certis è ver-
bo Dei petit is indicis monstrarit no-
bis, eam sequemur. Conuicti vero se-
mel, si adhuc restiterimus: tūc, vel no-
stro ipsorum calculo, iurè desertores
& inimici veritatis dicemur atq; dam-
nabimur. Quamdiu autem quod adi-
uersarij contendunt, non fuerit cui-
etum, indicta causa proscindimur.

Videamus nūc, qua ratione tuean-
tur se, quod stent à veritate: quaq; pro-
bēt nos eam deserere. Pro se quidem
hanc asserūt, ideo ipfos sentire bene,
quia affirmata à Christo affirmēt: nos
vero male, qui à Christo affirmata, in-
ficiemur. Vbi atrocia in nos conuicia-
euomunt, quod Christo contradica-
mus, mendaciū illum arguamus, veri-
tati repugnemus, & quid non?

Respondemus, in vera pugna inter
affirmationem ac negationem opor-
tere utramq; προσταυτὸν κεκόσαται, id
est, eadem respectu atque modo acci-
pi: vt qua ratione quid fuit affirmatū,
eadem

eadem negetur. At nos diuerso respe-
 ctu negamus, quod à Christo affirmata
 fuit. Quippe negamus, panē per
 transubstantiationem & consubstan-
 tiationem esse corpus Christi: quorū
 modorum n̄ centrum dicēti Domino
 de pane: Hoc est corpus meū, in men-
 tem venisse arbitramur. Resistimus er-
 go Metuia starum & Syntuia statū cō-
 mentis, non Christi verbo. Nam haud
 dubiè modus aliquis est; secundum
 quē verba Christi vera sunt. Qui iam
 panem eo modo quē Christus respe-
 xit, eius corpus esse negat, is veritati
 repugnat: si quidem sciens ac volens
 errorem suum defendat. Sunt enim
 Christi verba omnino vera: sed eo sen-
 tu, quo ab ipso Domino sunt proleta-
 ta. Non ergo quouis modo vera sunt. Ex
 quo sequitur, eos non statim contra-
 dicere Christo, qui panem nō conce-
 dunt quouis modo Christi corpus es-
 se: neq; mox Christo consentire, qui
 ab ipso affirmata affirmāt. Quinimò,
 quum varij ab hominibus excogiten-
 tut modi, quibus pro suo quisque ce-

rebro, verba Christi vera esse velit, nec tamen illi pariter omnes Christi verbis conueniant: necesse est, ut solus ille modus, qui verbis Christi sensum ab ipso tributum reddit, recipiendus sit, & ut reliqui modi omnes sint falsi, qui sensum verbis Domini à mente ipsius alienū, affingunt. Ut iam Christi verbis addere nō putandi sunt, qui debita corū interpretatione insistunt. ita nec verbis Christi detrahere sunt dicendi, qui falsam eorum interpretationem remouent.

Quæritur ergo, vtra partium Christi sensum teneat, suaq; interpretatione scopū veritatis attingat. De Christo non est dubium, quin recte senserit: nec opus habet, ut ab hominibus verba ipsius verificētur. Nos vero, nisi sponte errare ac decipi velimus, diligenti inuestigatione habemus opus, qua sensum verborum Christi asse- quamur.

COENAM

COENAM DOMINI CON-
stare cùm figuratè dictis, tum fi-
guratè factis.

Augustinus de catechizandis ru-
 dibus monens catechizandum,
 vt si quid in scripturis audiat, quod
 carnaliter sonet, etiam sì non intelli-
 git, credat tamē spirituale aliquid si-
 gnificari, quod ad sanctos mores futu-
 ramq; vitam pertineat: ibi mox talia
 subiicit: Hoc autem breviter discet,
 vt quicquid audierit ex libris canonici,
 & quod ad dilectionem æternitatis,
 & veritatis, & sanctitatis, & ad dilectio-
 nem proximi referre non possit, figu-
 ratè dictū vel gestum esse credat. Qui-
 bus verbis Augustinus innuit, in lite-
 ris sacris non figurās modò verborū,
 sed rerum etiam gestarum & factorū
 imagines quasdam reperiri, quæ plus
 habeant in recessu, quam fronte pro-
 mittant. Vnde idem autor tracta-
 tu in Ioānem scribit: Facta Christi ge-
 nera sunt locutionū. Et epistola iij.
 utriusq; rei causam notat, sic scribens:

E 3 Figu-

Figurata plus mouent & accendunt ad amorem, quam si nuda, & sine ullis sacramentorum similitudinibus pone- rētur: cuius rei causam difficile est dicere, sed tanien ita se habet, ut aliquid per allegoricam significationem inti matum, plus moueat, plus delectet, plus honoretur, quam si verbis proprijs diceretur apertissimè.

Ex quibus liquet, Sacramēta vel in primis eius esse generis, quod & rece pta illorū definitio, & sanctorū quo que Patrum confirmat sentētia. Quorum unus: Ad hęc, ait, omnia Sacramēta instituta sunt, non propter se, sed propter alia designanda. Huc Eucharistiæ participationem, huc pedum ablutionem, huc denique baptismum ipsum referri dicit. In baptismo est & dem visibilis ablutio: verū purgatio delictorum ibi maximè intelligitur. In cœna Domini visibilis est mandu catio primū, quæ propriè in corporalibus inuenitur, & ab illis deinde ad spiritualia est trāskata. Ac ideo, inquit Bonauentura, si volumus accipere re

stan

Etiam illam manductionem spiritua-
lem: necesse habemus, à propria acce-
ptione vocabuli nos transferre.

Eusebius Emissenus in eadem sen-
tentiam sic scribit: Quum reverendū
altare cibis spiritualibus sanandus a-
scendis, sacrum Dei tui corpus & san-
guinem fide respice, honora, mirare,
mente contingit, cordis manu susci-
pe, & maximo haustū interioris homi-
nis assume. Hæcq; spiritualia nullam
Christi ipsius corporalem præsentia
requirunt, perpetuò ad dextram Dei
patris in cœlo consistentis.

Vt ergo panis & vinum in cœna, si-
gnata sunt aliud existentia, aliud signifi-
cātia: ita quoque panis manducatio,
& vini potatio, aliud quidē in se sunt,
aliud item significant. Cohærēt enim
& mutuò sese consequuntur, vt verba
rebus, & res verbis, verba denique ver-
bis, & res rebus respondent. Si fames
ac sitis ad cœnam Domini requisita,
non est corporea, sed spiritualis est,
nempe vt accessuri ad mensam Domi-
nicam, esuriāt & sitiant iustitiam, hoc

est, ardeant desiderio iustitiae Christi,
 accenso agnitione propriæ iniustitiæ,
 quis non videret, cibum potumq; quo
 famæ ac sitis eiusmodi restinguatur,
 oportere eius esse generis, ut esurien-
 tes sientesq; iustitiam, satietate refi-
 ciat? Näm omnino qualis est oblatio,
 talis etiā est perceptio, cum extera-
 rum & sensibiliū, tum internarum
 & intelligibiliū rerum, in cœna Do-
 mini. Externa signa visibiliter & cor-
 poraliter offeruntur sensibus, & ab ijs.
 dent parimodo apprehenduntur, ita
 verò significatae, ut non offeruntur, ita
 nec percipiuntur sensibus, sed offerun-
 tur interiori homini, & ab eodem ac-
 cipiuntur modo sibi competenti. Cor-
 poraliter autem non competit, si vox
 ista propriè sumatur: sed spiritualiter
 & supernaturaliter. Vnde & ad capie-
 dum cœlestem illum cibū potumq;
 iubemur à Cypriano & Augustino,
 non parare dentes aut ventrem, sed
 mentem: cuius manus & os fides est
 Christum apprehendens. Hinc & Ca-
 non Nicenij concilij vetat, ne humili-
 ter

ter intenti simus, quin potius sursum
leuemus corda ad Dominum.

V E R I T A T I C O E N A E D O-
minicæ nihil perfiguratè dicta ge-
stāue adimi.

Falluntur egregiè, quivsque putat
trāslatione alicuius vocabuli, aut
mystica rei gestæ interpretatione im-
minui veritatem. An Christus vera vi-
tis nō est, si metaphoricè ita se ipse ap-
pellasse dicatur? Aut, quia sic ipse no-
minauit sese, ideo metaphoricè ibi lo-
cūtus negetur? Sic an famēs sitisq; fi-
gurata ob id nulla, vel minus vehe-
mens in hominis animo sit habenda,
quia non est corporea, sed à corpore
ad animum translata? O miram homi-
num stupiditatem ac peruersitatem,
qui famis & sitis acerbitatè in suo cor-
pore sentiētes, inde colligere neque-
unt, quātò intolerabilius malum sit,
esurire & sitire iustitiā, hoc est, onus
peccati terroresq; conscientiæ ob in-
dignationē Dei sentire. An verò hæc

E s res

res iudicra est, quia famis sitisue appellatione figurata nuncupatur?

Adhæc, si famelico aut sitibundo homini nūc pane cibario, nunc aqua turbida nihil est iucundius: quomodo homini spiritualiter esurientis sitiue gratū non esset gustare, quām suavis sit Dominus? Licebit igitur sic nobis à minori ad maius rectissimè argumentari: Si corporalis cibus atque potus tantūm possunt, ut hominem inedia sitiq; propemodum enectum, levient ac recreent: quæ tamē ad Christum comparata, verus cibus potusq; non sunt, quū ad æternam vitam nos non sustentent: quanto plus spirituallis cibus & potus recreabit sitientes, qui hoc nomine vel solus cibus dici meretur, quòd nos ad vitam beatā & æternam pascat?

Haud dubiè coenæ Dominicæ veritas in eo sita est, ut communicātes nō pane tantūm visibili illo, sed multò magis pane cœlesti, qui est Christus seu Christi corpus, pascatur: vtrūque nos in coena yisu, & yltimum hoc maximè,

ximè fieri dicimus, ut pote, cuius gratia exterior panis eus potissimum instutus est à Domino. Quemadmodum iam Christus aliter est panis, quam ille terrenus: ita etiam aliter quam panis terrenus, pascit nos. Pastus iste an idcirco nullius momenti est, nisi corporaliter aut corporali manducacione transigi & perfici dicatur?

*DISTINCTIO LOCUTIORUM
num in sacris literis occurrentium, in
proprias & figuratas.*

DVplex omnioratio est locutio-
num cùm in sermone vulgarili-
terisq; profanis, tum in verbo Dei &
sacra Scriptura cōpræhensarum: una
τορπτα, quæ verba propriè ita vt sonat,
accipit nihil addit, nihil demit, nihil
deniq; immutat, ac nihilominus sen-
sum loquëtis reddit: altera est
voicæ, quæ discedit à verboru proprieti-
tate, eaq; vult secundum quid, nō sim-
pliciter intelligi. Quibus igitur verbis
Scripturæ sacræ ea dicuntur, quæ vitæ
huma-

humanae usus notissimus habet, et non
difficulter, immo promptissime primi-
tus (ut Augustinus loquitur) ad litera
accipiuntur: nemoque erit (ut opinor)
tam infelicitate pertinax, qui videns
ea secundum regulam fidei exposita,
propriè posse accipi, malit in pristina
remanere sententia, quā fortè visa illi
fuerant, non nisi figuratè accipi posse.
Quæ autem in Scripturis corporali-
ter nominata, salua fidè veritatis nul-
lo modo corporaliter possint accipi,
ea potius figuratè dicta intelligamus,
quām Scripturam sanctam impiè cul-
pemus. Itaque rectè ait Augustinus:
Non omnia in sermonibus Dei ad p-
prietatem esse revocanda. Et Grego-
rius in sermone quodam: Plerunque,
dicit, dum proprietas verborū atten-
ditur, sensus veritatis amittitur.

Sunt tamen nonnulla in Scriptura
loca, quibus ea gesta narratur, quæ &
in expressione proprietatis rectè lice-
at accipere; ac deinde ex illis, quid e-
tiam futurorum res ipsæ gestæ signifi-
cent, exculpere, figura ta nimis signi-
fica-

ificatione, siue ipsarum spiritualium nat
turarum vel affectionum, siue rerum
etiam futurarum.

In cœna vero Dominica utrumque
locutionis genus locū habet, ut quæ-
dam propriè, quædam figuratè dicta
intelligantur: non omnino & in to-
tū, sed aliqua tantum ex parte. Quod
enim panis datur edendus, & vinum
bibendum, ea propriè dicta & sic acci-
pienda esse nemo dubitat. Corpus au-
tem & sanguis Christi licet etiā den-
tū & accipiantur in cœna, non tamē
hoc sit eodem modo, quo Iesus panis
& vini potus peragitur. Hic enim cor-
poralis est modus, rerum utique cor-
poralium: ille modus spiritualis atque
cœlestis est, quo cœlestia in cœna Do-
mini, hoc est, corpus & sanguis Domini
in cœna percipiuntur. Si iam ista
pervertatur aut confundantur, ut ter-
renis tribuatur, quod cœlestium est pro-
prium: aut cœlestibus rebus obtru-
datur, quod terrenis tantummodo co-
petit: quis hinc non videt errorem aut
etiā fraudem committit? Fallacia enim
est

est iuxta Aristotelem, ὅταν τὸ ἔνδεικόν μέρος, οὐκ ἡ πρόσθια λεγόμενη, ὁ δὲ απλῶς ἡ κυρίως ἐνθεῖα ληφθῆ, id est, quando id, quod in parte, aut quodammodo, & secundū quid dicitur, ut simpliciter ac propriè dictum accipitur. Et Augustinus monet, utrinque imminere periculum, siue figuratam locutionem ad literā, siue propriam quasi figuratam accipias.

Quare diligent opus est animaduersione, sit ne in verbis cœnæ prædicatio naturalis, propria, simplex: an improoria & figurata. Item, dicaturne panis per se & simpliciter Christi corpus: an secundum quid, & secundum quendam modum.

*IN PROPOSITIONE ISTA
(Hoc est corpus meum) prædicatio
nem esse φύσις, non
φύσιρ.*

*S*Vfficienti partium enumeratione, à dialecticis tradita, vulgoq; usurpata ostendi potest, prædicationem cius

eius propositionis, qua panis Christi corpus esse dicitur, non esse naturale, sed $\Delta\alpha\varphi\sigma\tau\pi$. Ea enim est naturalis prædicatio, qua vel quæ numero sunt eadem, de se inuicem dicuntur: vel species de individuo: vel genus, differentia, proprium de specie: vel deniq; accidens de subiecto. Atqui corpus Christi de pane nō dicitur tanquam de re eadem numero: nec tanquam de specie: nec tanquam de subiecto. Ergo corpus Christi de pane non prædicatur naturali prædicatione.

Item, disparata duo naturaliter de inuicem non prædicantur. Panis & corpus Christi disparata sunt: neque solum numero ac specie, verum etiam genere longissime distant. Ideo de se inuicem naturaliter dici nequeunt.

Hoc autem veritati propositionis nihil derogat, quod prædicationem $\Delta\alpha\varphi\sigma\tau\pi$ continere dicitur: sicut & istæ propositiones, quibus Christus vocatur lapis, leo, ostium, panis, vitis, via, &c. nihilominus veræ manent in suo sensu, etiā si naturalis prædicatio eis negetur.

getur. **Dicit enim communis sensus,**
in istis omnibus, quamlibet à Dei fi-
lio pronunciatis, sibiq; attributis, aliā
esse subiecti, & aliā prædicati naturā.
Dicamus ergo cum Augustino: Per si-
militudines Christus multa est, quā
per proprietatem non est: per simili-
tudinem, Christus est petra, ostium, la-
pis angularis, pastor, agnus, leo: quām
multa per similitudines & alia? Si au-
tem proprietates discutias rerū, quas
videre cōsuesti, nec petra est, quia du-
rus, & sine sensu non est: nec ostium,
quia faber eum non fecit: nec lapis an-
gularis, quia non est ab structore com-
positus: nec pastor est, quia custos o-
rium quadrupedum non est: nec leo
est, quia fera non est: nec agnus est, ga-
pecus non est. Omnia ergo ista per li-
militudinem: Quid ergo proprietate in
principio erat Verbum.

Porrò quod Dialecticis πρὸς φύση
 dēre aliqua dicitur, si verum sit, quod
 dicitur, oportet omnino, ut id figu-
 ratē dicatur.

PANEM

PANEM COENÆ DOMI-
nicæ dici corpus Christi figuratè,
et quodammodo.

73

Augustinus locutionibus figura-
tis in scriptura sacra dignoscen-
dis huiuscmodi regulam præscribit:
Vt si qualocutio flagitiū aut facinus Lib. 3. de do-
videtur iubere, figurata habeatur. Et etri. Christ.
ad hanc regulam exempli gratia accō cap. 16.
modat dictum Christi, de manduca-
tione carnis, & bibitione sanguinis i-
psius: quo, inquit, videtur facinus vel
flagitium iubere. Atque hinc conclu-
dit: Figura est ergo præcipiens, passio-
ni Domini esse cōmunicandum sua-
uiter, atq; vtiliter recondendū in me-
moria, quod pro nobis caro eius cru-
cifixia & vulnerata sit.

Bertramus expreſſè scribit, Panem
illum vinūq; figuratè Christi corpus
& sanguinem existere.

Augustinus, Sacramentum corpo- Epist. 23.
ris Christi ait secundū quendam mo-
dum esse corpus Christi. Alibi, Cœle-
stis panis, inquit, qui Christi caro est,

F suo

suo modo nominatur corpus Christi: quum reuera sit Sacramentum corporis Christi. Vbi glossa: Cœleste Sacramentum, quod verè repræsentat Christi carnē, dicitur Christi corpus, sed impropriè: vnde dicitur, suo modo, nō rei veritate, sed significante mysterio, ut sit sensus: Vocatur corpus Christi, id est, significat. Bertramus, Corpus Christi, ait, quod in Ecclesia per mysterium geritur, secundū quendam modum corpus Christi esse cognoscitur. Et modus iste in figura est, & imagine.

*QVALIS' NAM FIGVR.
seu tropus huic dicto Christi: Hoc est
corpus meum, maxime
conueniat.*

Perturbat hoc multos uhemeter, q̄ Figuratores & Tropistæ Christi verba figuratè ac tropicè intelligentes & interpretantes, non vnum idemq; figuræ seu tropi genus teneant & sequantur. Alij enim metaphoram, alij meto-

metonymiam, alijs synecdochen, alijs
deniq; allœos in ponunt.

Qui metaphoram præferunt, similitudine ducuntur, quam signa & res significatae inter se habent. Qua & Augustinus dicit fieri, ut res quæ significat, cius rei quam significat, nomine nuncupetur. Si enim, inquit, Sacramenta similitudinem quandam earum rerum, quarum Sacra menta sunt, non haberent, omnino Sacra menta non essent. Ex hac autem similitudine plenique etiam ipsarum rerum nomina accipiunt.

Qui metonymiam malunt, cognitionem & arctam connexionem inter signa & res significatas respiciunt: Cyprianū in hoc imitati, qui diuersa nomina vel species ad unam reduci essentiam ait (Sacramento scilicet, quod consistat signis & rebus significatis) & significantia & significata eisdem vocabulis censerit: ita ut symbola ipsa nomini bus rerum significatarum nuncupentur, & vice versa, nomina elementorum ad ipsa significata transferantur. Qui-

bus etiam rationibus, causas effectibus conuenire dicit, ut dum in Eucharistia pane & vino vescimur corporaliter, certiores reddamur, nos ex carne Christi pro nobis data, & ex eius sanguine pro nobis effuso spiritualem cibum potumque capere. Hoc enim effectum est huius mysterij, quod satis sua causa conuenit.

Qui synecdochen adhibet, partem exteriorem Sacramenti, appellatione partis interioris venire dicunt: quum Eucharistia, teste Irenaeo, duabus rebus constet, terrena & coelesti: & dealtera non sit opus doceri homines, quoniam illa patet sensibus: altera vero pars Sacramenti, quae coelestis ac inuisibilis est, ut illa maxime a contemplatione consideretur, intelligatur, apprehendatur (quoniam in ea vis omnis huius mysterij consistit) non absq; causa eius non men parti exteriori attribuitur.

Qui allœos in magis probant, iij alternationem & commutationem non minum in diuinis mysterijs facta spe-
ctant:

Etant; cuius & Theodoretus hanc red
 dit causam, quod Dominus voluerit
 isto pacto monere percipiētes myste-
 rīa, ne naturarum quandam permute-
 tionem cogitarēt: aut in externa quæ
 videntur, intenti essent: quin potius
 gratiam naturæ adiectam, & per exter-
 na significatam, interioribus oculis
 mentis intuerentur.. Quando igitur
 Christus corpori suo nomen symbo-
 li, hoc est, panis, imponit, ut se panem
 esse dicat: nemo est tam stupidus, qui
 vel transubstantiationem, vel cōsub-
 stantiationem ibi imaginetur. Quan-
 do verò corporis sui appellationem
 symbolo tribuit: qua fronte hīc natu-
 rarum vel transmutationem, vel con-
 junctionem statuere possumus? Præ-
 fertim quū omnino eadem ratione,
 κατ' αὐτούς πλέον inquam, iuxta Theodo-
 retū, panis sit Christi corpus, qua Chri-
 stus est panis. Nam quod Christus de
 sua carne & sanguine verbis figuratis
 docuit Ioannis sexto, hoc idem rebus
 figuratis in coena ostendere voluit. Il-
 lic absque panis demonstrationē, di-

cit se panem esse: h̄c panis & viñ de-
monstrationem adhibet: quò altius
eam de se cogitationem, quam utro-
bique concitare, confirmare, augere
voluit, animis discipulorum inficit
& imprimat.

Quid, quod Theodoretus exp̄s̄t
affirmat, Christum ad eundem planē
mōdum quo panem & vinum in cœ-
na, corporis & sanguinis sui appellā-
tione honorauit, s̄e vitem, & carnem
suam frumenti granū nominasse: lam
nemo dubitat Christum vitem, gra-
num, panem figuratē, & quidem me-
taphoricē, vocari. Ex quo certum est,
nomina corporis & sanguinis Domi-
ni figuratē pani & vino imponi. Siue
igitur hoc fiat propter similitudinem
intersignum & rem significatam: siue
propter analogiam & affinitatem το
πεός οὐκού τοι ἀντίστροφον το, id est, relati-
ui & correlatiui: seu deniq;, ob Sacra-
mentalem vniōnem cœlestium acter
renarum rerum (modò hæc rectē in-
telligatur) semper eōdem redit res, vt
nulla iusta offensionis ansa detur calū
niatoribus.

R.E.

79

R E S P O N S I O A D S O P H I S-
*ma contra tropos verborum καὶ συμπλοκῶν
connexorum, à proprietate eorundem
extra complexionem positorum,
desumptum.*

Qui tropos à verbis cœnæ omni-
no remouēt, firmiter sibi aduer-
sarios concludere videntur hoc argu-
mento: In quacunque propositione
tropus inest, oportet ut insit vel in sub-
iecto, vel in prædicato, vel in copula
eiusdem: At in solēibus verbis Chri-
sti neque voces subiectæ, panis & vini,
neque copula verbi substantiæ (est)
neque prædicata corporis & sanguini-
nis Christi tropicè accipiuntur: Ergo
nullus prorsus tropus in verbis illis
coniunctis inest, quia non est in singu-
lis disiunctis. Nos verò ex definitione
tropi respondemus, si tropus est, ubi
vox à re quam propriè notat, transfer-
tur ad rem aliam à priore diuersam:
constat autem omnibus palam, voca-
bula corporis & sanguinis Domini ac
commodari in oratione diuersis re-
bus,

bus, elementis, inquam, visibilibus pā
nis & vini: Sequitur ergo necessariō
tropum inesse in ea oratione, in qua
voces diuersas res significātes, tribuū-
tur alienis rebus, quas prima sua im-
positione non significant. Quis iam
dicat, Corpus Christi propriè panem,
sanguinem Christi propriè vinū deno-
tare? Si hoc nobis donare coguntur,
quod in definitione tropi est, quomo-
do negabunt ipsum definiti nomen?

Quò autē clariū atque distictiū
de proprietate locutionum in hac cō-
trouersia agātur, bifariam illarum lo-
cationum singula verba considerari
sciamus: absolutē vel comparatē. Si
panis & vinū, item corpus & sanguis
Christi absolutē, vt substantiæ & res
creatæ accipiāntur: tunc propriè sin-
gula id quod sunt, dicuntur, natuāq;
appellationem retinent, & propriam
quidem illam: tum quoque postquā
ad Sacramentorum dignitatem eue-
cta sunt, respectu nimirum suæ natu-
ræ. At si comparatē vt Sacramēta, spe-
ctentur, tunc non naturæ suæ, sed gra-

tiae respectu ex institutione Domini
 accedentis ad naturam, vocabulo artis ac relationis proprio, signa rerum
 sacrarum nuncupantur. Sin vero res
 ipsae sacrae & significatae, nomina sua
 signis impertiant, non fit hoc eam ob
 causam, quod aliqua naturarum facta
 sive vel coniunctio, vel mutatio: sed q
 significationis gratia naturae sit adie
 cta. Ex quo patet, quum ex comparatione
 diuersarum rerum omnes tropi
 orientur, & in coena Domini res na
 tura inter se diuersae, mutuò compa
 rentur: omnino tropum cōgruere isti
 scripturæ loco, ideoq; aduersarios im
 peritè tropum in vniuersum exclude
 re: quorum tamen nonnulli manife
 stè fatentur, propter Sacramentalem
 vniōnē corporis Christi, ut rei signa
 tæ, nomen ipsi panis symbolo attri
 bui. Quicquid vero deinceps sit Sacra
 mentalis vno, cōpletebitur illa totius
 Sacramenti partes ambas, integras &
 immutatas. Si iam signa rerum signa
 tarum nomina inde sortitintur, quia
 quod significant, secum asserunt: con

F S stabit

stabit utique denominatio ista, ratio-
ne inter totū & partes mutua, quæ est
synecdochica: quemadmodum causa
rum & effectorum, signi & signati, fun-
damenti & termini cōsideratione est
metonymica: respectu rerum aliqua
ex parte inter se similiū, est metapho-
rica, vel allegorica Clementi Alexan-
drino.

P A N E M S P I R I T U A L I-
ter dici ac esse corpus Christi.

Quandoquidem aduersariorū a-
nimi, troporum & figurarum no-
minibus semel exacerbati, odio im-
placabili ferūtur ac æstuant aduersus
nudam etiam illorum mentionē, exi-
ffimantes cœnam Domini istis figu-
ris profanari, eò quod è profanis lite-
ris, ad hāc tam sublimem causam ad-
sciscuntur: alij satisfacturi illis, quòd fa-
cilius acquiescerent, dixerunt, perin-
de hoc esse, si panis Dominicus cor-
pus Christi figuratè vocetur: ac si spi-
ritualiter id esse quod dicitur, affir-
metur.

metur. Decebant enim meritō ad Spiritus mentionem mansuescere, in quibus vel mica tantum Spiritus in-
eset.

Videamus ergo, an Spiritualis ex-
plicatio verbis Christi in cœna conue-
niat, nec ne.

Non est dubium, quin locus Ioan-
nis sexto capite spiritualiter sit intel-
ligendus, vbi Christus ipse cūm ex-
pressè Spiritus meminit, tum litera-
lē sensum à mandatione suæ car-
nis, & bibitione sui sanguinis, semel
visq; in æternum reijcit. Et patres, qui
locum istum interpretantur, id ipsum
diligenter monent. Ex quibus Orige-
nes sic scribit in ista verba Christi: Nisi
manduaueritis carnem meam, &c.
Agnoscite quia figuræ sunt, quæ in di-
uinis voluminibus scriptæ sunt: &
ideo tanquam spirituales, nō tanquam
carnales examinate & intelligite, quæ
dicuntur. Si enim quasi carnales ista su-
scipitis, lādūt vos, & nō alūt. Est enim
& in Euāgelijs ac in nouo Testamēto
littera, q̄ occidat eū, q̄ nō spiritualiter
quæ

quæ dicuntur, aduertit. Si enim secundum literā sequaris hoc ipsum quod dictum est: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. occidet hæc litera.

Augustinus etiam dictum illud Apostoli: Litera occidit, Spiritus autē viuificat, huc pertinere testatur, inq.
Lib.3. de do
etri.Christ.
cap.5. ens: Nullam mortem animæ cōgruen-
tiūs appellari, quām quām id etiam,
quod in ea bestijs antecellit, hoc est,
intelligentia, carni subiicitur, sequen-
do literam. Et mox: Ea dēmum mis-
rabilis animæ seruitus est, signa pro re-
bus accipere, & supra creaturam cor-
poream oculum mentis ad haurien-
dum aeternum lumen, leuare nō posse.

Chrysostomus referēs Christi men-
tem in illis verbis: Caro non prodest
quicquam, Spiritus est, qui viuificat,
sic scribit: Secundum spiritum verba
mea audienda sunt. Qui secundum
carnem audit, nihil lucratur, nihil vti-
litatis accipit. Carnale est dubitare,
quomodo possit nobis carnem suam
manducandam dare. Hęc, inquā, om-
nia

nia carnalia, quæ mysticè & spirituali-
ter intelligenda sunt. Nam si carnali-
ter ea quis acciperet, nihil sanè lucra-
retur. Quid igitur? Caro non prodest
quicquam? Non de ipsa carne dicit,
absit: sed de his, qui carnaliter accipi-
unt quæ dicuntur. Quid autem est car-
naliter intelligere? Simpliciter, ut res
dicuntur, accipere, neque aliud quip-
pam excogitare. Non enim ita iudi-
canda sunt, quæ videntur: sed myste-
ria omnia interioribus oculis cōside-
rāda sunt, hoc est, spiritualiter. In qui-
bus verbis Chrysostomi diligenter an-
notandum est, eandem spiritualis in-
telligētiæ rationem in cunctis myste-
rijs valere, ac protinus retinendā esse.
Iam si coena Domini est mysteriū, cur
in ealocum non habeat spiritualis &
mystica interpretatio?

QVOMODO LOCVS IOAN-
nis sexto ad Eucharisti-
am faciat.

ADuersarij, sentientes se cōcione
Christi habita in schola Caper-
naitica

naitica nimium premi, falsè vident
eos, qui hunc sermonem velut Aiacis
clypeum arripiunt & obijciūt, quum
cœna Domini tum temporis nondū
à Domino fuerit instituta.

Quid igitur Augustino faciēt, qui
in Psalmum 98. post illa verba: Spi-
ritus est qui viuificat, introducit Chri-
stum ipsum verba sua in cœna expo-
nentem hoc modo: Spiritualiter in-
telligite, quod locutus sum. Noc hoc
corpus quod videtis, comedetis e-
stis, neque bibituri illum sanguinem,
quē effusuri sunt, qui me crucifigent:
Sacramentum est quod dico vobis,
Spiritualiter intellectum viuificabit
vos?

Mirum est autem, quomodo, quod
Ioannis sexto capite flagitiosum &
horribile vel dictu & cogitatū tātūm
fuit, ideoq; non solūm à Capernaitis,
sed à Christo etiam optimo verborū
suorum interprete, tanquam abomi-
nable reiectum est: hoc ipsum postea
in cœna fieri sit iussum ac institutum
à Domino? Augustino certè etiam in
cœna

cœna Domini horribilius esse vide-
tur, humanam carnem manducare,
quam perimere: & humanum sangu-
inem potare, quam fundere. Vnde &
ad figuratam verborum Christi expo-
sitionem, secundum sanæ fidei regulā
factam, configuit.

At nostri susq; deique habent tanti
sceleris, hoc est, anthropophagias in-
tuidiam, dummodo suam de corpora-
li, reali, substantiali corporis Christi
manducatione sententiā obtineant.

Ceterū discrimen, quod illi p in-
tervallo temporis, inter institutionē
cœnæ mysticæ, & verba Christi Ioan.
6. constituunt, nullum esse, vel hincli-
quet, quod Paulus affirmare minime
dubitauit, patres olim esse baptiza-
tos, & eandem spiritualem escā edis-
se, longè antea quam vel baptismus,
vel cœna Domini, quo ad externam
ceremoniam, extitit. Quod si isti, qui
tam longo tempore ritum cœnæ an-
tecesserunt, potuerunt ad veritatem
cœnæ Dominicæ vel sola fide pertin-
gere: quātò proprius Christus in scho-

la Capernaitica potuit ad cœnam à se
breui pōst instituendam, respicere, &
ceremoniam Sacramentalē cō dirigere?

Si dicāt corporalem manducatio-
nē, accidente primūm mandato Chri-
sti (quo nos iubet in cœna accipere,
manducare & bibere) inuestam esse,
quæ prius non extiterit, ante quā Do-
minus præceperit & voluerit: tunc re-
stissimē opponitur eis regeneratio,
cuius fit mentio Ioannis 3. capite, vbi
præceptum de baptismo non facit, vt
illa incipiat esse carnalis, qualem Ni-
codemus somniabat: sed accedente
externo baptismi rito, spiritualis rege-
neratio minimē desijt, neque corpo-
ralis accessit. Ita quoque in cœna Do-
mini, ceremoniæ & externorū signo-
rum additamentum neque tollit, ne-
que immutat, sed adiuuat spirituale
manducationem. Quantum verò ex-
terior panis manducatio ad illam in-
teriorēm conducat, commodior erit
alibi dicēdilocus. Nec enim Dei man-
data de externalium rerum usu, pro-
pterea

Pterea reddūtur irrita, vel superuacanea, quamuis per illa negemus spiritualia, quæ antea fuerunt, esse mutata.

Quare non sinimus nobis ita leui-
ter Aiacis clypeum illum è manibus
excuti aut eripi, quātumlibet hoc ad-
uersarij totis suis viribus conētur. Pu-
gnat enim pro nobis Christus, qui ver-
borum suorum de mādicatione suæ
carnis sensum spiritualē probat, car-
nalem improbat. Pugnat & Paulus,
qui expressè spiritualem escam & po-
tum nominat: quum literalis sensus
de esu carnis Christi, nusquam in Scri-
ptura habeat tam apertum testimoni-
num.

QVÆNAM SIT SPIRITUALIS ESCA & POTUS APUD PAULUM CONVENIENTIA INTER VETERUM & NOSTRUM SACRAMENTA.

SImiliter audientes spiritualem e-
scam & potum dici à Paulo, quem
Veteres eundem nobiscū habuerint,
G conan-

conantur argumentum Apostoli v^a
ria istius loci interpretatione enerua
re, & veram eius sententiam eludere.
Sed non effugiunt. Si enim Apostoli
consilium spectetur, & cum sequenti
bus antecedentia conferantur: facilè
apparet, isthic veterum nō inter se (vt
aduersarij volūt) sed cum Corinthijs
& Christianis, quorum Sacra menta il
la (Baptismus & Cœna Domini) quo
dammodo propria poterāt videri, sic
ri collationem. Et sanè illi (quo ad ex
terna) aliam habuerunt corporalem
escam, alium item corporalem potū,
quām nos. At si utrobius intelligib
lem significationem cōsideres, Patres
eūdem cibum & potum spiritualem
habuerunt nobiscum. Et ne quis rem
ipsam à communis significatione sepa
ret, præcauit Paulus, Christi nomine
expresso, quum subiicit: Petra erat
Christus.

Augustinus quoque multis in lo
cis asserit, inter veteres quicunque in
Manna Christum intelleixerint, eun
dem quem nos cibū spiritualem man
duca.

ducauisse. Erant enim ibi, inquit, qui, quod manducabant, intelligebat, qui bus plus in corde Christus, quam Māna in ore sapiebat: qui visibilem cibū spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustauerunt, ut spiritualiter satiarentur. Intelligentibus ergo & credentibus eundem dicit cibum & potum spiritualē nobiscum fuisse. Non enim alter Christus tunc, alter nunc, sed credentibus idem tunc, qui nunc. Tunc Christus venturus, modò Christus venit: venturus & venit, diuersa verba sunt, sed idem Christus.

Alibi idem sibi obijcit: Quid ergo, ait aliquis, hoc erat Māna illud, quod ego accipio? Ergo nihil modò venit, si antè iam fuit? Ergo euacuatū est scandalum crucis? Quomodo ergo eundem, nisi quia addidit, spiritualem?

Quid verò per spiritualem cibū & potū Augustinus intellexerit, alicubi disertis verbis docuit: Spiritualem, in quaens, qui fide capiebatur, non qui ore hauriebatur. Manna verò & aqua

è petra profluens, ore corporeo capie bantur. Vnde sequitur, aliud quippiā quam Manna, & aquam è petra, per spiritualem escam & potū apud Paulum designari. Quid verò hoc aliud sit, præter Christum, cuius caro verè est cibus, & sanguis verè est potus spiritualis?

Mirantur multi, quomodo corpus & sanguis Christi à Patribus haberi potuerint, quum filius Dei eo tempore nondum carnem assumpsisset. Corporaliter profectò istud fieri non potuit, vnde nimis spiritualis hic cibus & potus dicitur. Ratione verò spirituali sicut Abraham potuit videre diem Domini: ita quoque caro & sanguis Christi potuerunt Veteribus cibis & potuis esse, iuxta illud Apostoli:

Hebr.13. Christus heri, & hodie, & in secula.
Apoc.13. Qui ob id etiam agnus occisus dicitur ab origine mundi.

QVAM

QVAM SIT INIVSTA

criminatio eorum, qui citra delectum En-
thusiastas vocant, Spiritui pri-
mas partes in cena
tribuentes.

Memoriæ proditū est ab Epipha-
nio, Theodoreto, in Tripartita
Historia, & alibi, olim extitisse homi-
num mōstra quādam, à quibus simu-
lato Spiritus afflatu Sacra menta vel
penitus reiecta, vel neglecta sint, tan-
quam ad spiritualium rerū cognitio-
nem in utilia, superuacanea, aut no-
xia. Hic et varijs essent, ac propriū sin-
guli nomen haberent, communi ta-
men appellatione vulgò Enthusiastæ
nominabantur. Quæ vox à multis ho-
die per conuicium torquetur in eos,
qui nudam tantummodo mentionē
Spiritus interdum in negotio Sacra-
mentario faciunt. At hi nostri cogita-
re debebāt, etiamsi quod in Sacramē-
tis est præcipuum, ad Spiritum refera-
tur, nō propterea statim externorum
ab iici administrationem. Alioqui Pe-

trus apostolus Enthusiasta cēsēndus
 foret, in eo, quod scribit, baptismum
 saluos nos reddere, nō quo carnis for-
 des abiiciuntur: sed quo sit, ut bona cō-
 sciētia bene respondeat apud Deum.
Quid verò Paulus, ministrum se Spiri-
 tus non literę vocans, quando ait: Per
 vnum Spiritum nos omnes in vnum
 corpus baptizari, & per eundem Spiri-
 tum potari, Enthusiastāne mox idcir-
 co audiet? Sunt ergo merae calumniae
 ac impotentis animi certissima indi-
 cia, quando in cœna Domini spiritua-
 lis sensus & manducatio cum furori-
 bus Enthusiistarum & fanaticorū ho-
 minum comparatur. Nec enim satis-
 est verbis criminari aliquem, crimen
 ipsum potius, cuius nos reos agere cō-
 tendunt, debebant ostendere. Habet
 quidem fanatici crebrò in ore voca-
 bulum Spiritus, vt & multi Christia-
 norum fidem. An verò idcirco, quia
 isti de Spiritu ac fide frustra glorian-
 tur, sequitur, vt quicunq; vel Spiritus
 vel fidei verboten² meminerint, simi-
 liter illis suā malitiā splēdidis nomi-
 nibus tegant?

AN

95

A N Q V I A N V L L A V E L
tropi, vel signi, vel figuræ, vel significationis,
vel Spiritus in cœna instituta fit men-
tio, ideo spiritualis interpretatio
in cœna locum non
habeat.

In benter fatemur, neque tropi, ne-
que figuræ, neque signi, neque si-
gnificationis, neque Spiritus, ullam
circa institutionem cœnæ Dominicæ
sicer mentionem: hinc tamen non se-
quitur energiam & vim istorum voca-
bulorum alienam vel contrariam esse
isti Scripturæ loco.

Simili cauillo Ariani, Nestoriani &
Eutychiani orthodoxis illudebant,
causantes, quod hi noua & nusquam
in Sacris literis reperta nomina intro-
ducerent θεούς τοὺς videlicet ac νομωνιαρ
ἰδιωνάτων. Cui cauillo occurrit Hila-
rius lib. 4. de Trinitate hoc modo: In-
telligentia dictorum ex causis est assu-
menda dicendi: quia non sermoni res,
sed rei est sermo subiectus. Item Gre-
gorius libro 26. moralium: Non de-

bet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni.

Respondet autem nostris aduersarijs Augustinus, qui posteaquam similes posuit locutiones, Septem spicæ septem anni sunt: & Petra erat Christus: vbi Scriptura non ait: Septem spicæ septem annos significant: nec dicit Apostolus: Petra significabat Christum: sed Petra erat Christus: nihilominus innuit, genuinum esse hūc scripturæ sensum, quod spicæ & petra nō per substantiam hoc erant, quod dicebantur, sed per significationē: ideoque spiritualiter, non carnaliter istiusmodi locutiones intelligendas docet.

Licet ergo Dominus non dixerit de pane: Hoc significat corpus meū: vel, Hoc est signum aut figura corporis mei: id ipsum tamen sensisse Dominum, non solum orthodoxorū Patrum interpretationes, sed rationes etiam à Patribus allatæ euincunt. Cuius argumēti potestatem contra nos haud inuiti concedemus aduersarijs, ut quanquam Christus de pane nō dixerit:

xerit. Hoc erit, aut fiet, aut factum est
corpus meum, neque sic, in, cum, sub
hoc pane est corpus meum: si tamen
sua glossemata ex Patribus, subiectis
rationibus & regulis confirmant, nō
sumus in Patres vsquacadeò iniqui fu-
turi, quin probabili saltē ratione eos,
ut sic sentirent, ductos esse putemus.

*QVANTVM PÆTRIBVS
hac in causa tribuendum sit.*

Quando aduersarij ingētibus cla-
moribus profanationē verbi &
Sacramentorū fieri querūtur, si verba
Christi figuratē & spiritualiter expo-
nātur: tuētur se nostri exēplis ortho-
doxorū Patrū. Nam si huiuscemodi
explicationibus figuratis iniuria fie-
ret Christi verbis & Sacrementis, quo-
ties panis signum, aut figura corporis
Christi esse, vel corpus Christi signifi-
care dicitur: iniurius in Christum fo-
ret Tertullianus, qui aliquoties panē
figuram corporis Christi vocat: iniu-
rius Basilius cum Thodoreto, qui

οὐτινῷ : iniurius Ambrosius, qui typum: Chrysostomus, qui symbolum: Augustinus, qui signum: Gelasius, qui similitudinem & imaginē nominat. Ad cūdem modum profanasse. Sacra-menta putarētur Tertullianus & Hie-ronymus, qui corpus Domini panere præsentari aiunt: Cyprianus, qui ostēdi: Ambrosius & Augustinus, qui si-gnificari: Fulgētius & Bertramus, qui figurari dicunt.

Ad ista bifariam ferè consueverūt respondere. Primum, Patres interdū diuersa de Sacramētis scribere. Quod ut eis detur, aliter tamen de sententia Patrum est iudicandum, quum ex p- fesso de Sacramentis loquuntur: ali- ter item, quum velut per transcursum ac obiter in Sacramentorum mentio nem incidūt. Quoties ergo Patres suę sentētię certas perpetuasq; rationes afferūt, ibi omnino audiendi, nec ita leuiter rejiciendi sunt, quemadmodū in hac causa faciunt. Ut enim ex mul-tis vnum producā: Rabanus Maurus dicit, Panē corporalem ideo congrue- ter

ter corpus Christi nuncupari, quia cō
 firmat cor: in quo allusit ad verba Hie
 ronymi, qui panem ait, qui confortat
 cor hominis, à Domino assumptum,
 ad veritatem sui corporis repræsentā-
 dam. Deinde eludere solent dicta Pa-
 trum sine causa. Si verba, inquiunt,
 Christi habeamus, nihil ad nos dicta
 Patrum. Item: Credimus Ecclesiam
 catholicam Christianam & Apostoli-
 cam, non Tertullianam, Cyprianicam
 aut Augustinianā. Quasi Cyprian⁹ &
 Augustin⁹ ad Ecclesiā Christi nō per-
 tineant. Quām reuerenter & honori-
 fice illi ipsi Patres de Sacramentis sen-
 serint & locuti sint, libri illorum testā-
 tur. Quare si existimassent huiusmodi
 suam expositionem veritati ac verbis
 Christi detrahere, vel contrariam &
 ignominiosam esse, vltro abstinuis-
 sent ab ea, tanquā ab execranda blas-
 phemia. Quæ coniectura de Patribus
 quamuis certissima sit: quia tamē ad-
 buc alia possunt objici, respondemus
 scilicet pro Patribus: Nisi verè & mani-
 festè sentētia Patrum cum perpetuo
 sacræ

sacrae Scripturae sensu pugnet, immo-
 ritò illam traduci. Tantùm verò abest
 ut Patres in hisce suis explicationib⁹
 à cōsensu scripturæ discesserint, vt ad
 eundē planè suas istas interpretatio-
 nes instituerint & direxerint. Augu-
 stinus enim multis in locis disertè di-
 cit, genus hoc interpretationis, omni-
 bus penè scripturarum Sacramentis
 commune esse: atque adeò his quoq;
 Christi verbis: Hoc est corpus meum,
 conuenire: quæ in signo ait esse posi-
 ta, & similiter illis, Petra erat Christus,
 exponenda. Addit etiam causam, cur
 Dominus non dubitarit dicere: Hoc
 est corpus meum, quum signum disci-
 pulis daret corporis sui. Quia in figu-
 ratis locutionibus tanta est dicendi
 libertas, vt signorum & rerum signifi-
 catarum nomina commutare ausi-
 mus: nec quisquam adeò sit ineptus,
 qui nos ita loquentes arguat ei-
 se mentitos, licet res per
 se aliter habeat,
 ac dicatur.

AN FIDES TESTAMEN-
ti perfigurare dicta labefactetur.

IN testamentis aiunt omnia quam propriissimè dici, & fraudem caueri, quoad eius fieri potest, à testatore. Nam si sciens volens testator ambigüe loquatur, vergere id ad ipsius infamiam.

Iam cœna Domini testamentum Christi est: vnde concludunt, Christū in ea propriissimè, non figuratè locutum esse, vt fraudem caueret. Omitto hic alia complura, quæ quasi absurdā ex isto arguento inferuntur.

Respondeo autem ad obiecta trifaria. Primum, insigniem esse calumniam, qua Dei optimi maximi consilium per se bonum, inuenitur, & pœnam in partem rapitur. Deus enim, vt certiores reddat nos sive benevolentia, familiariter nobiscum loquitur, & balbutit quodammodo, ne quo pacto de voluntate ipsius dubitemus. Accommodat autem sermonem suū dieribus cœlestibus, ad ingenij nostri captum.

captum. Quanta iam est peruersitas, arguere Deum falsitatis, nisi sic senserit, ut nos opinamur? An' non homo ex ore diuino pendere debebat potius, quam illi prescribere?

Deinde exempla ostendunt, falsissimum esse, quod pretenditur, figuræ testamentis non adhiberi.

Ad hæc, si maximè homines pro sua stupiditate cæcitatemque innata, oculis apertis non videant, imò fallantur: hoc tamen non Christi fraude, sed vitio fit mortalium. Id quod non Paulus modò de Euangelio testatur, si quibus illud adhuc sit absconditum, posteaquam prædicatum fuit, velatum esse ijs, in quibus Deus huius seculi excæcarit sensus incredulorum, ne illucesceret illis Euangelij lumen; sed Christus quoq; palam de semine verbi sui fatetur, se per parabolæ loqui non intelligentibus.

Secundum hos ergo Christus non debuisset de carnis suæ esu, & sanguinis sui potu sic loqui, quemadmodū locutus est: quia præuidicerat, multos esse

esse futuros, qui offenderetur, qui verba eius perperam inteligerent ac interpretarentur.

Proprietatem vocabulorum (vt & hoc obiter inseramus) nos non consuetudine metimus, vt illas loquendi formulas in scriptura, quæ Spiritui sancto sunt in Sacramentorum expositione maxime visitatae, significantes & propriæ, proprias etiam secundum grammaticos dicamus. Quamuis enim consuetudo saepe abeat in natum, vt verba simplicia longo vsu acquirant & induant significationem à prima impositione diuersam. Hanc tamen non existimamus propriam & natuam esse vocandam, sed ea demum verba sunt propria dicenda, quæ rebus suis accommodantur. Quod si alijs, quam suis rebus applicentur, tunc impropre sumuntur verba: vt quum Christi corpus de pane dicitur, alia res est panis, alia item corpus Christi: hæc igitur illi propriè minimè competit.

AN

AN COENA DOMINI
obscuretur per figuras
& tropos.

CLara, inquiūt, Christi verba sunt,
nec indigēt huiusmodi rationis
humanæ figmentis & adminiculis;
hoc est, figuris & tropis.

Respondeo: Verba quidē satis esse
clara, sensum itē, sed recte intelligen-
tibus & illuminatis. De verbis verò lis-
non foret, si de rebus ipsis inter nos
conueniret. Quia enim cœlestia inc-
fabilia sunt, & proprijs verbis enuntia-
ri nequeunt: Christus nostræ imbecil-
litati consulturus, à notioribus ad mi-
nus nota voluit nos quasi manu duce-
re. Quisnam obsecro nostrum ita ru-
dis & stupidus est, qui vsum ac vim ci-
bi ac potus nesciat, & qua necessitate
ad utrūque capiendum impellamur?
Iam Christus vt nobis vitæ cœlestis &
spiritualis rationem ostenderet om-
nem, à rebus sensibilibus, tanquā no-
tioribus, ad cœlestia nos subuehit.

Porro, nisi calumnias aduersariorū
decli-

declinaremus, cum dialecticis posse-
 mus dicere, vocabulorum priorū
 in opia fieri, ut panis Christi corpus di-
 catur: non quod Christus adeò fuerit
 in opere vocabulorum, ut quomodo de-
 beret loqui, nescierit: sed quum pro
 vulgi captu & secundum receptā scri-
 pturæ consuetudinem vellet exprime-
 re, quidnam in cœna nobiscum age-
 tet potissimum, nominauit panē cor-
 pus suum: quum vtrunque uno eo-
 demq; vocabulo exprimendum fuis-
 set, si propriè perfecteç; loqui voluif-
 set. Eucharistia enim duabus rebus
 constat, non vna tantum. Ut iam non
 satis est, dici panē: ita nec corpus Chri-
 sti dici, est satis: verū si eiusmodi
 vox, quæ significationis suæ ambitu-
 ista ambo complexa fuisse, extitisset,
 tunc non opus fuisse figurata locu-
 tione: quia potuisse res integra citta-
 figuram explicari. Quinetiam, si maxi-
 me tale nomen, quod totam Euchari-
 stiæ naturam referret, fuisse repertū,
 aut à Christo singi potuisse: nihil
 minus tamen sic licuisse Domino lo-

H qui,

qui, ut est locutus, recepto scriptura
more, quæ dicit: Anima quæ peccau-
rit, ipsa morietur: quum anima occi-
di nequeat, sed hominis corpus.

At potuisset, inquiunt, Christus fa-
cile tot dissidia & offendicula cauere,
quæ inde orta sunt: si verba eius figu-
ratè sint accipienda, non uisset de eo
saltem suos vnicō verbo. Quid nī? cur
autem non fecerit, quis iure cu[m] illo
expostulet? At qui Christi docētis in-
gens bonitas & fides hoc nō rulisset,
ut in errorem tot homines abducere-
tur. Quid ergo Christo dicēt, qui man-
datione suæ carnis tam diligenter
inculcata auditoribus, offendit adeò
cū infidelium Capernitarum, tum
& multorum discipulorum animos,
ut hi eo relicto, nō amplius cum ipso
ambularent? Alibi, quum Pharisæi ser-
mone Christi offenderentur, solatur
Dominus discipulos hoc modo: O-
mittite illos, duces sunt cæci cæcorū.
Similiter Ioan. 6. confirmat Apostolo
rum animos aduersus scandalum, re-
petito singulari gratiæ diuinæ dono:

quod nemo possit ad Christum venire, nisi fuerit ei datum à Patre.

Est autem manifestum, quod offensio[n]is ex mandatione carnis Christi ortæ culpa, non in Christo, sed stupore eorū, qui crassas imaginationes ex verbis Domini conceperant, hæserit. Dominus enim scandalo præuiso diligenter occurrit, etiam in posterū. Vnde aduersus omnē eiusmodi crassas cogitationes euidentissimum argumentum Christus ē sua ad cœlos ascensione obijcit. Si ergo hanc ipse tum temporis putauit ad tollendum offendiculum sufficere: quanto magis eadem nunc nobis dubitationem omnem debet eximere, posteaquam secundum carnem nobiscum in hoc mundo non amplius versatur? Quod minus excusabile est nostrorum hominum siue stupiditas, siue pertinacia: qui videntes, audientes, scientes, volentes, quamuis à Domino præmoniti, nihilominus in eundem lapidē impingunt.

Quod autem iam inde ab Aposto.

H 2 lorum

Iorum temporibus in primitiua Eccllesia per multa secula, ne verbū quidem de transsubstantiatione aut consubstantiatione fuit auditum: hinc certissima coniectura colligitur, spiritualem verborum Christi atq; mysteriorum sensum ita fuisse Christianis hominibus tunc viuentibus tritū ac obuium, ut nemo de eodubitariet.

*AN COENA DOMINI
per spiritualem intelligentiam
profanetur.*

Profanationem verbī & Sacramētorum pīj homines audientes, mirum non est, si valde turbentur, ac detestentur eos, qui vel suspecti tantum hoc nomine habentur. Quid enim potest indignius fieri, quam si res sacræ misceantur, aut aequaliter profanis?

Cæterū, qui lucem vocat tenebras, & tenebras lucem, is pari temeritate quod est sacrum, ausit profanum dicere. Signa Sacramentalia hoc habent

bent propriū ex institutionis suæ na-
tura, vt rebus arcānis lucem afferant,
easq; adumbrent. Aduersarij hoc nō
sustinent, vt in Christi sermone signis
& figuris locus detur: quum figuræ lu-
mina sint orationis. Quinimò singūt
sibi nescio quos cothurnos, & quas
nebulas obduci per figuratas inter-
pretationes, claræ alioqui per se, vt a-
iunt, veritati. Similiter de profanatio-
ne nugantur. Certum est, verum Dei
cultum in quacunque religionis no-
stræ parte, absolui Spiritu. Et quod
Christus de veris adoratoribus dicit,
Patrem tales velle, qui Spiritu ac veri-
tate inuocent: idem de coniuuis cœ-
næ Dominicæ verum est, Christū re-
quirere eos, qui Spiritu manducent.
Non quòd externa inuocatio & man-
ducatio nullius planè momenti sit,
quum vtraque suam quoque laudem
ac vim habeat: sed vt Deo placeat, ho-
minibusq; proposita adoratio & man-
ducatio, oportet omnino vt
Spiritu fiat vtraque &
perficiatur.

AN COENA DOMINI AN-
nibiletur, euacuerit, exinaniatur per
signa & significationem.

Quando panis mysticus significa-
re corpus, aut figura corporis
Christi esse dicitur, videntur nonnul-
lis hec interpretationes verborum Do-
mini minimis iejunæ ac triuolæ. Arbitra-
tur enim significationem Sacramen-
torum tantum non esse momenti, ut me-
reatur tam speciosum nomen atque
præconium.

At qui duplice de causa debetur si-
gnis Sacramentalibus, sua eaq; magna
virtus & efficacia. Primum, quia signa
sunt: Deinde, quia diuina signa sunt.
Ratione priori, signa esse nequirent,
nisi quid secum afferrent & significa-
rent. Ratione posteriori, magni ali-
quid sit necesse est, quod Deus per ista
significari velit. Siquidem Deus nihil
frustra agit vel instituit, præsertim ad
sui cultum. Quisquis ergo Christum
Sacramento autorem attendit, eiusq;
mandatum & promissum de Euchari-
stia

Itia considerat ac tenet: quomodo is
significationem parum viuidam, soli-
dam & efficacem, aut vacua & inania
ibi signa fingere potest? Tacco Christi
Spiritum, per quem maximè fit, vt in
cœna Domini corpore & sanguine i-
psius vescamur.

An verò, quia aduersarij vulgaria &
nullius pretij æstimant ista, propterea
etiam nihili, vana, vacua & inania sunt?
At illis nihil satis est augustum, san-
ctum, verum, plenum, nisi sit incorpo-
ratum & Deificatum. Ea verò demùm
Sacramentorum euacuatio & exina-
nitio verè diceretur, qua' quod Domi-
nus ijs adiūctum voluit, adimeretur:
non quod homines ex sua phantasia
eis attribuunt.

Quām fœda igitur in utramq; par-
tem hallucinatio est eorum, qui cum
cœnam Domini profanari, suaq; veri-
tate, dignitate, & fructu spoliari voci-
ferantur, quando in eum ordinem re-
digitur, in quo Deus ipse, Christus Dei
filius, & Spiritus Sacramēta collocat:
tum, vt ipsi afferant eam à cōtemptū,

abrepti immodico zelo, tantum non
pro Deo habent atque adorant: Vin-
dicant itaque pro suo sensu eiusmodi
reuerentiam institutis diuinis, quæ à
superstitione parum absit, & ad idolo-
latriam vergat.

*AN FIGVRATORES FA-
ciant è Sacramentis cassam-nucem,
vacuam peram, paleas, si-
ne critico.*

INimici signorum & significationū,
Exaggeraturi criminis à se fieri atro-
citatē, scribunt nos fūfūtari nucleus,
pecuniam, grana, relicto cortice, mar-
supio, palea. Per nucleus, pecuniā &
granum, realem corporis & sanguinis
Christi præsentiam intelligi volunt:
per corticem, marsupium & paleam.
Sacramētalia signa: quibus quum ne-
gatur substantialis mutatio, vel con-
iunctio, furtum & sacrilegium hoc i-
psum interpretantur.

Quantus ergo sacrilegus & furum
antesignanus, secundum istos, Paulus
aposto-

apostolus est iudicandus? Qui quum
testetur, nos cernere nunc per specu-
lum in ænigmate, & ex parte cognoscere: colligit inde Bernhardus, Ange-
los ex adipe frumenti saginari, & nu-
dos satiari grano: nos interim oportet
re quodam Sacramēti cortice esse cō-
tentos, carnis furfure, literæ palea, ve-
lamine fidei. Et quantalibet, inquit,
abundantia pinguescunt illa, non pa-
ri omnino iucunditate sumitur cor-
tex Sacramenti & adeps frumenti, fi-
des & opes, memoria & præsentia, æ-
ternitas & tempus, vultus & speculū.

Sciendum est autem, corticem &
nucleum in Sacrementis, diuersa ra-
tione considerari. Quidam per corti-
cem, literam, per nucleum accipiunt
Spiritum: atque sic ad eō non facimus
ex Eucharistia cassam nucem, quo-
quot externa ibi spiritualiter inter-
pretamur, ut in eos potius quadret cō-
uicium hoc, qui hærētes in literæ cor-
tice, ad nucleū, id est, spiritualem sen-
sum minimè penetrant.

Alij comparatione & respectu cœ-

H 5 lessium

Iestium rerum, præsentia intuentes,
hæc corticem, illa nucleum appellat:
non quod præsentia inania & vacua
prorsus sint omni fructu: habet enim
suam quoq; pinguedinem, dulcedinem
& veritatem, iuxta Bernhardū. Quia
verò ex parte in hoc seculo, non perse-
ctè, ut in altero venturo, rerum diuina-
rum aspectu fruimur: hinc est, q; præ-
sentia cortici, & terna nucleo compa-
rantur à Bernhardo.

Aduersarij verò nostri, simul ac p-
rium sibi corticē & nucleum quen-
dam in Eucharistia finixerunt: corti-
cē vocant absque nucleo, qualem-
cunq; Sacramentorum cōtemplatio-
nem, etiam spiritualem, nisi substan-
tialem & realē corporis & sanguinis
Christi præsentia agnoscat. Quantò
rectius Bernhardus de Sacramēti cor-
tice, & literæ palea scribit, in quiēs: Et
hæc talia sunt, q; gustata afferūt mor-
tē, si nō de primitijs Spiritus quantu-
lumcunq; acceperint condimētum:
mors mihi protinus in olla, nisi de
Prophetæ farina dulcoretur.

QVID.

*QVID' NAM SIMILE ET
diſimile habeant cum Sacramentis
humanae & profana signa.*

Qui figuratam verborum Christi interpretationem in odium atque inuidiam adducunt, solent falsis similibus & comparationibus ludente. Aequant Sacramentorum significacionem picturis, statuis, & scenicis gesticulationibus, quibus & personarum, & rerum olim gestarum sit representatio.

Verum cogitare debebat illi, quantum sit inter uallū inter cœlum & terram, veritatem & mendacium, lucem & tenebras: tantundem inter Christi instituta ac istiusmodi nugas hominum interesse. Christus certè neque ludit nos, neq; temerè quicquam per Sacra menta nobiscū agit: sed ut vult, ita etiam potest suam gratiam, quam verbo & Sacramentis significat, præstare: id quod homines sēpē per imbecillitatem nequeūt, per malitiam nolunt facere, etiamsi multa promittat & si.

& significant: qua vel sola ratione, si-
gna diuina incōparabiliter ab huma-
nis distant.

Sed demus illis aliquam significa-
tionis similitudinem : nihilominus
adhuc testimonium Dei maius est, si
vel maximè hominum testamenta &
obsignationes valere sinamus.

Quid verò ad diuinas ceremonias
ludicri histriorum gestus, ut dicamur
& nos Christi fabulam agere in cœna,
instar Hectoris in theatro & tragœdia?

*AN PANIS PISTORIVS
& vinum venale, dum prostant aut ponuntur
in mensa, panis & vino in cœna aqui-
parari queant, quoad signi-
ficationem.*

AIunt, si panis & vinum cœna Do-
minicæ nullam aliam à Christo
vocationem accipient, præterquā vt
significant Christi corpus & sangu-
inem, posse profanum panem & vinū
in torculari aut caupona, eandem si-
gnificandi vim præstare. Vnde igitur
habe-

habebunt istam significandi efficaci-
an? Natura certè panis Dominicus
neque plus, neq; minus habet, quām
pistorius & cibarius. Hoc autem plus
habet, à diuina videlicet vocatione,
quod è reliquarum rerum creatarum
numero, per Christum ab vsu vulgari
ad sanctiorem segregatus, & pro sigil-
lo est verbo Dei appensus: vt diuinæ
promissiones non tantum obsignet,
sed res cœlestes etiam ad viuum quo-
dammodo depictas ante oculos po-
nat, Deiq; bonitatem degustandam
præbeat. Hac, inquam, nota, pistorius
panis nondum est insignitus, quam-
diu venalis prostat, aut in mensa po-
nitur, & priusquam in hunc diuinum
vsum assumitur.

Quinetiam si quis licet quām vehe-
mentissimè imaginari velit, panem pi-
storum tantundem, quantum panē
Dominicum valere sibi: Illius tamen
imaginatio, ut pote verbo Dei destitu-
ta, esset vanissima. Oportet enim acce-
dat verbum ad elementum, ut fiat Sa-
cramētum. Qua vocatione verbi Dei
si ca-

si careant signa, quis inde fructus sperari potest, si panis & vinum citra Dei iussum atq; promissum, quantalibet existimatione appellatione ab hominibus donentur & ornentur?

*AN SPIRITUALIS COE-
LIGNE Dominica sensus reddat homi-
nes tepidiores ad usum
canae.*

CAUILLANTUR ETIAM EX FALSIS CAUSIS & effectis, figurata verborū Christi intelligentia refrigerescere pietatem in animis hominum, & pristinum illum ardorem extingui: quod tardius, quam alias, ad mensam Domini accedant, sacra & profana eodem loco habeat: & id genus alia infinita mala, qua ex hac doctrina ori & consequi que- runtur.

Eadem erat querela olim Iudæorū aduersus Prophetas, Christum & Apostolos: qui vanam illorum in ceremonijs atque operibus legis Mosaicæ positam fiduciam reprehendebant. Vi- debant.

debatur enim Iudæis per huiuscemo-
di doctrinam propheticā & Christia-
nam, non tantum leges diuinæ, sed &
boni mores labefactari: vnde etiam,
quum ferrentur magno zelo atq; fer-
uore erga legem Mosaicam, damna-
hant interdum solenniter ac splendi-
dè satis Prophetas, Christum & Apo-
stolos, ceu proditores legis. Quippe
extabant expressa mādata & promis-
sa Dei, obseruatoribus & cultoribus
religionis data, quibus Iudæi moue-
bantur, vt extrema potius quęq; expe-
rirentur, quām vt à sententia semel
concepta discederent.

At quid profuit illis zelus suus abs-
que scientia? Paulus ait: Ignorantes
Dei iustitiam, & propriam quārentes
constituere, iustitiæ Dei non fuerunt
subditi.

Nostris temporibus similis incidit
querimonia hostium veritatis, aduer-
sus doctrinam fidei: qua illi studium
recte viuendi atque bonorum ope-
rum, prioremq; deuotionē, quæ fuit
in superstitionis & idololatris, restin-
gui

gui causantur: eoq; dogma de sola fide iustificante, ut perniciosissimū exerantur. Quid autem hoc veritatis negotio noceat, quòd pleriq; in dies peiores euadunt, qui verbum Deinō debita reverentia suscipiunt, colunt & profitentur?

Sic spiritualis manducatio per se neminem absterret, neminem deteriorem reddit: sed longè magis inuitat omnes ad frequētiorem cœnæ vsum, quām manducatio illa corporalis & horribilis, quam aduersarijs somniāt.

Quòd autem maiori religione cœna Domini perperam intellecta celebrari videtur, quām si ab omni p̄apostero sensu vindicetur: hoc Diabolus singulari astu procurat, vt filij huius seculi in sua generatione prudentiores, & in falso religionis cultu vehementiores existant, quām filij lucis in vero. Vulgo etiā persuasum est, ignoratorum absconditorumq; mysteriorum maiorem esse admirationem: vt apud Atticos in Eleusinijs sacris, apud Romanos in sacris Bonæ dæc o-

lim fiebat: à quorū propiore cognitio
ne profanum vulgus arcebatur tan-
quam indignum, cui secreta ista reue-
larentur: sed reuera, ne turpitudo &
vanitas sacrorū istorū innotesceret.

Sic multi hodie existimant, longè
maiori in honore futurū fuille Euangeliū,
& scripturam sacram, si non
cuius aditus ad illius lectionem da-
tus fuisset. Posteaquā enim omnibus
rēcepit esse familiaris scripturæ usus,
quicquid errorum & contemptus in-
descutum est, id à callidis hominib⁹
in Euangeliū propagationē reiicitur.
Quamobrem etiam Euangeliū prosti-
tutionē ac profanationem audent
dicere, quod laicis concessum est, lin-
gua vernacula verbum Dei audire &
legere.

Quid ergo aliud respondēbimus il-
lis, nisi quod Dominus agri, quārenti
b⁹ seruis, vnde essent zizania in agro,
quum Dominus iecisset bonū semen
in agrum, respondit: Hoc inimicus il-
le fecit. Item, quod vnum idemq; se-
men, non parem per totum agrū fert

I fru-

fructum, agrivitio fit, nō seminis aut
agricolæ culpa?

Et quomodo quæso spiritualis in-
telligentia Eucharistiæ, cœnam Do-
mini contemptibilem efficiat, quum
non nisi carnales homines eam sper-
nant, in quibus caro Spiritum extin-
guit, licet ore eum iactitent?

*A N D I V E R S I T A S IN
ter veteres & nouos Sacramentarios,
reddat suspectum spiritualem
verborum Christi
sensem.*

VIx est quicquam in hac tota con-
trouersia, quod magis officiat
veritati, quam leuissima quæque dis-
sensio eorum, qui patrocinio spiritua-
lis sensus pariter suscepto, discrepan-
ter se multiplici explicandi ratio-
ne. Hoc enim certissimū falsitatis do-
cumentum esse putatur, teste Euripi-
de in Phœnissis:

ἀπλάσε ὁ μῦθος οὐαληθείας ἐφυ
κ' οὐ πικίλωμεν τὸν οὐχ εἰμινούματων.

123

Ἐκεὶνοι πάντες οὐκέπορον τὸν αἰδητὸν λόγον
Νοσῶμεν ἀντιτίθεμεν, φαεμάκων δεῖη σοφῶμεν.
Veritatis simplex est oratio,
Sic indigens non est nafris ambagibus
Interpretum, quippe ipsa perse congruit.
Certero inquis, quem perse sit morbidus,
Medicamenta exquisita depositit sibi.
De variis

De varietate troporum, & synony-
mia vocabulorū supradiximus: quo-
modo scilicet vnum idemq; dicant,
qui figuratē, tropicē, metaphoricē, al-
legoricē, metonymicē, synecdochicē,
secundum φύσιν, secundum quid, secun-
dum quendam modum, spiritualiter
verba Christi exponenda censem: itē,
qui panem corpus Christi significare,
ostendere, demonstrare, figurare, re-
präsentare: vel figuram, signum, sym-
bolum, typum, antitypum, imaginē,
similitudinem, exemplar corporis es-
se tradunt.

Supereft, vt videamus, quid inter eos etiam intersit, quin non nominibus, sed rebus ipsis dissidere existantur.

Primis Figuratoribus, qui lōgiūs
I 2 reli-

reliquis à scopo aberrare dicuntur, si-
gnificatione, contemplatione fidei,
& fideli commemoratione contenti,
fructus passionis mortisque Domini
cæ ad communicantes redire confel-
si sunt.

Quos alij subsecuti, quum odiose
nomina signi, & significationis, & me-
moriæ traduci animaduerteret, ener-
giam & efficaciam addiderunt: ne vi-
delicet inanis ibi figura & nuda signi-
ficatio, sed viua & efficax intelligatur
commemoratio.

Accedunt tertij, qui non tantum
efficaci significatione, vel cogitata ef-
ficacia, verum etiam re ipsa corpus &
sanguinem Christi exhiberi & percipi
aiunt: quandoquidem effectis corpo-
ris & sanguinis Domini absque causa
sua consistere nequeant. Hi ergo pro-
piùs quam illi videntur nonnullis ad
veritatem accedere.

At vero, quū sæpe unius eiusdemq;
rei multæ sint causæ & fines: sicut in-
ter causas aliæ sunt remotiores, aliæ
propinquiores: ita quoque finium a-
lius

lius est vltimus, alius intermedius. Fie
ri itaq; potest, vt ambo recte sentiant,
& qui summum alicuius rei finem o-
stendit, & qui intermedia ad vltimum
illum finem ducentia monstrat. Quæ
enim subordinata sunt, nō repugnāt,
vt loquuntur in scholis.

Summus finis cœnae Dominicæ est
Christi communio & participatio: ad
hanc nisi fide peruenire non possu-
mus. Ut igitur Christo fruamur, cre-
damus oportet. Qui iam cum Cypria-
no & Augustino manducationē cor-
poris Christi fidei tribuunt, quid que-
so absurdī illi statuunt? Sed fidem an-
tecedit significatio, quæ fit per verbū
& Sacramēta. Est enim hæc quasi por-
rectio & exhibitio eius cibi, quem fi-
des tanquam manus & os animæ ap-
prehendit, & defert ad mentem: ubi
postea suaui memoria ruminatur &
reconditur, donec animus salutarem
inde gustum percipiat. Quare nec illi
quidem à veritate discedunt, qui cum
Augustino spiritualem corporis Chri-
sti mādicationem recordationi pas- Lib. 1. de do-
tri Chri. cap. 6.

sionis & mortis Dominicæ affigunt.
Fide enim ista commemoratio constat. Et ut vera Christianorū fides cum historica fide non est comparanda: ita nec memoria in cœna Christi, conferenda est cum memoria Hectoris theatrica.

Nihilo fecius de ijs est iudicandū, qui ad Spiritum, intellectum ac mentem ista referunt: Quia Spiritus per fidem efficit in animo hominis illud gaudium & solarium, quod ex corpore Christi pro nobis tradito, & sanguine fusō ad nos peruenit.

Porrò, quod ad significationis, efficaciacē & substantiacē, seu rei ipsius conciliationem attinet, vnicō verbo possunt discrepantes inter se sententiæ in concordiam redigi. Nam ut præposte rē fit, quando signa nuda, inania & vacua ponuntur, & à sua efficacitate separantur: ita nulla potest in Sacramētis fingi significationis aut cogitationis efficacitas, citra ipsam rem, cuius nimirum respectu cogitatio sit efficax. Notum est illud Dialecticorum axio-

axioma: Propter quod vnumquodq; est tale, id maximè est tale. Fides in Christum propterea viuifica est & iustificat, quia Christum, qui vita & iustitia nostra est, amplexatur. Hanc velò haud mediocriter adiuuat & praeuehit Sacramentorum significatio & religio. Hactenus ergo Sacramentorum significacioni vis & efficacitas tri buitur, quatenus illa de corpore Christi pro nobis tradito, & sanguine profuso admoniti, recreamur, refocillamur, consolamur, exhilaramur: scu, tantundem est, pascimur, alimur, potamur. Alioqui neque figura, neque significatio, neque cogitatio per se vim pascendi haberet, nisi Christum secū afferret, Christoq; incumberet. Quando annulus datur ad inuestiendum de aliqua dignitate aut hæreditate, inquit Bernhardus, potest is, qui accepit, dicere: Annulus non valet quicquam, sed hæreditas est, quā quæ rebam. In hunc modum, ait, approprians passioni Dominus, de gratia sua curauit inuestire nos, ut inuisibilis

gratia signo aliquo visibili praestare.
tur. Panis ergo in coena Domini non
appert se, quatenus est panis, sed qua-
tenus est signum, expeditur. Et rursus,
non ipsum signum ibi pascit nos: sed
corpus Christi, cuius signum est pa-
nis. Conducit autem signum ad hanc
alimoniam nobis communicandam,
nempe per significationem. Ut enim
signum non est absq; significatio:
ea significatio non caret obiecto, si-
ne quo nulla & inefficax est omnis si-
gnificatio. Christus igitur est qui alit
nos per verbum & Sacra menta: non
ipsum verbum per se absque Christo,
sed verbum propter Christum. Vnde
& verbum Dei pabulum animarū no-
strarum nuncupatur.

T A R I R A T I O N E C O R P V S
Christie, & sanguinem bili, tam in usurpa-
tione Sacramentorum, quam per au-
ditum verbi, & Scriptura-
rum lectionem.

SI Dei significatio in Sacramentis
sita est leuis, ut multis appareat, qua-
ritur

situr ex ijs, qualem estimant eam, que
 per Dei verbum sit, significationem?
 Nam significatio, tum verbo, tum Sa-
 cramentis est communis: vnde & Au-
 gustinus. Sacra menta vocat visibilia
 verba. Quippe, vt lex Dei arguit pecca-
 ta, & iram operatur: Euangeliū au-
 tem de remissione peccatorum con-
 cionatur, & de gratia per Christū con-
 cessa: sic baptismus innatam immun-
 ditionem per Christum ablui, cœna Do-
 mini famem ac sitim iustitiae in nobis
 per Christum restinguī, & nos satiarī
 ostendit. Si iam diuinæ erga nos bene-
 uolentiae significatio per Dei verbum
 nobis facta, adeò nō censemur inanis,
 quin propter eam Euangeliū potē-
 tia Dei dicatur ad salutem omni cre-
 denti: (aliter enim Euangeliū non
 est salutiferū, nisi quatensis nobis re-
 conciliationem per Christum factam
 nunciat & significat) cur quæso eadē
 promissio seu recōciliatio Sacramen-
 ti ob signata significataq; magis pro
 nihil habeatur, & eius significatio
 vacua & profana iudicetur?

I § Quid

Quidnam Origeni & Hieronymo
respondebunt, quorum alter nos bi-
bere inquit sanguinem Christi, non so-
lum titu Sacramentorum, sed etiam
quum sermones eius recipimus: alter
dicit hoc solùm habere nos in præsen-
ti seculo bonū, si vescamur carne Chri-
sti, cruroreq; eius potemur, non solùm
in mysterio, sed etiam in scripturarū
lectione?

Nec impedit, φ Christus nec verbū
suum, nec scripturam sacram, corpus
& sanguinem suum appellauit, sicut
de pane & vino legitur. Respondet e-
nim Augustinus, et si liceat Dominū
Iesum Christū prædicare per linguā,
per epistolam, & per sacramentū cor-
poris & sanguinis eius: tamen nec lin-
guam, nec membranas, nec atramen-
tum, nec significātes sonōs lingua edi-
tos, nec signa literarum cōscripta pel-
liculis, corpus Christi & sanguinē di-
cimus: sed illud tantū, quod ex fru-
stibus terre acceptum, & prece mysti-
ca consecratum ritè sumimus ad salu-
tem spiritualem, in memoriā pro no-
bis

bis Dominicæ passionis. Analogia enim signorum & rerum significatarū inter panem & corpus Christi, itē inter vinum & sanguinem, facile fert, vt signa rerum significatarum nomina fortiantur: quod in verbo & scriptura sacra nō accidit: ideoq; illa corpus & sanguis Christi non dicuntur, licet æquè ex verbo & scriptura, atque in vñ Eucharistia corpus & sanguinē Christi percipiamus. Quòd si per verbū viuentis Dei, tanquā ex semine immortali, æquè ac per baptismū renasci dicimur: quid prohibet, quò minùs eodem verbo perinde paſcamur, atq; in cœna? Sed pastus ille, qui per verbum & scripturam fit, significatione conficitur: potest ergo & in cœna idem pastus simili significatione confici.

QUALIS EST REGENE-
ratio in baptismo, talis quoq; est man-
ducatio corporis Christi
in cœna.

*Q*uoniam omnium Sacramētorum tam noui quam yeteris Testamen-

itamēti, vna propē eademq; est ratio:
 In omnibus enim ceremoniæ exte-
 nā referunt interiorem quandam ac
 inuisibilem gratiam, prius quidē pro-
 missam veteribus, postea verò in Chri-
 sto exhibitam: vnde nostra Sacramen-
 ta tantò præstant Sacramentis vete-
 rum, quantò res quę iam existit, ante-
 cellit rem eam, quę sub promissione
 speratur exhibenda. Sic Paulus de cir-
 cumcisione loquens, quę Spiritu, nō
 litera constat, cuius laus à Deo est, nō
 ab hominibus, eandem nobis, quis su-
 mus Christiani, neque manu circum-
 cisi, pariter applicat. Idem Pachalis
 agni veritatem nobis communem es-
 se cum Iudæis asserit: & vice versa, Iu-
 dæos admittit etiā ad baptis̄mū & cœ-
 na Dominicae participationem inte-
 riorem, antea quām externalium cere-
 moniarum usum acceperunt. Quod
 exemplum & nos imitari, & mutua
 comparatione lucem dubijs rebus af-
 ferre possumus.

Quia tamen multi existimant eas
 probationes, quę à Sacramentis Iu-
 daici

daici populi sumptæ ad nostrorū Sa-
cramentorum illustrationem transfe-
runtur, longius peti: agē omissis vete-
ris Testamenti mysterijs, conferamus
inter se nostra Sacraenta: quæ qui-
dem in hoc constat esse paria, q̄ Christi
sto arctissimè tā per baptismū, quām
in cœna Domini cōiungimur: vt mē-
bra corporis Christi fieri utrobique,
& coalescere cum illo quodammodo
invnum corpus pariter dicamur.

Quoniam igitur per nosmet ipsos
ad æternā beatamq; vitam peruenire
non possumus, & ad regnum cœlorū
per solam Christi communionem pa-
ret nobis aditus: quæ cōmunio, quū
inuisibilis & ineffabilis aliàs sit, depin-
gitur illa & adumbratur nobis quo-
dammodo ante oculos, vt ex notiori-
bus ad notitiam arcanaarum & subli-
mum illarum rerum perducamur.
Hinc regenerationi nostræ in bapti-
smo, hinc almoniæ spirituali in cœ-
na Domini datus est locus. Vt e-
nim ad corpoream & temporariā vi-
tam hanc principio nos gignimur, &
mox

mox geniti cibo potuq; in ea susten-
tamur: sic ad æternam vitam per Chri-
sti spiritum oportet nos regenerari, &
in vita spirituali per eundem sustenta-
ri. Cœpta ergo communio & coniun-
ctio nostra cum Christo in baptismo,
confirmatur & conseruatur in cœna.

Porrò si ad regenerationem nostri
in Christo perficiendam, carnali eius
coniunctione & præsentia non est o-
pus: quanto minùs corporalis præsen-
tia & mianducatio ad sustentationem
nostrí per Christi corpus & sanguine
peragēdam erit necessaria? Siquidem
initijs cœlestis vitæ progressio ad finē
usque respondet. Quid, quod ad vitā
plus confert, qui gignit, quàm qui a-
lit? Si iam in eo quod maius est, carnis
Christi realis coniunctio non requi-
ritur, ut per baptismum corpori Chri-
sti inferamur: multò minùs tale quip-
pam in alimonia è Christi cor-
pore & sanguine per-
cipienda, requi-
ritur.

COR.

CORPVS CHRISTI HABIT
 aliter de pane Eucharistico, quam de
 Ecclesia dici, quod ad locu-
 tionis genus accinet.

Augustinus querens, quomodo
 panis sit Christi corpus, & vinum
 sanguis: Ista, inquit, fratres, ideo dicuntur
 Sacra menta, quia in illis aliud vi-
 detur, aliud intelligitur: quod vide-
 tur, speciem habet corporalem: quod
 intelligitur fructum habet spiritualē.
 Corpus ergo Christi si vis intelligere,
 audi Apostolum dicentem fidelibus:
 Vos estis corpus Christi & membra. Si
 ergo vos estis corpus Christi & mem-
 bra, mysterium vestrum in mensa po-
 litum est, &c. Quare ergo in pane? Ni-
 hil h̄c de nostro afferamus: ipsum A-
 postolum item audiamus. Quum er-
 go de isto Sacramento loqueretur, ait:
 Vnus panis, vnum corpus multi su-
 mus, &c.

Hic dupli ratione declarare vo-
 luit Augustinus, quomodo panis es-
 set Christi corpus, nempe haud aliter
 quam

quam nos, qui fideles sumus, unus pa-
nis & unum corpus Christi sumus. Pa-
nis igitur ut est mysterium corporis
Christi, quod nos sumus: ita quoque
mysterium est corporis Christi na-
turalis.

Sed & Petrus Longobardus lib. 4.
sententiarum distinct. 8. de Sacra-
mento & re ait, quod visibilis species pa-
nis & vini, Sacramentum geminæ rei
Habatur: quia nimirum vitamq; rem
significet, & utriusque rei similitudi-
nem gerat expressam. Nam sicut pa-
nis præ cæteris cibis corpus reficit &
sustentat, & vinum hominem latifical-
& inebriat: sic caro Christi interiorem
hominem plus cæteris gratijs spiritua-
liter reficit & saginat. Habet etiam si-
militudinem cum re mystica, quæ est
unitas fidelium: quia sicut ex multis
granis conficitur unus panis, & ex plu-
ribus acinis unum in unum confluit:
sic ex multis fidelium personis unitas
Ecclesiastica constat. Quæ ratio è lo-
co similium ducta, redditur ibidem à
Magistro Sententiarum, ob quam Ec-
clesia

clesia corpus Christi vocetur: quia ut corpus Christi proprium de Virgine sumptum, ex multis membris purissimis & immaculatis constat: ita societas fidelium, quae est Ecclesia, ex multis fidelibus personis à criminali macula liberis, caritate copulante connectitur.

Quinimò longè adhuc rectius homines animati atque fideles corpus Christi sunt atq; dicuntur quo ad substantiam, quam panis, qui res est inanimata. Plura enim inter Christum & fideles, quam inter Christi corpus & panem sunt similia.

Si postulent verbum Dei, fideles æquè ac panis corpus Christi vocātur. Nec obstat, quod alterū in cœna Domini à Christo, alterū extra cœnam à Paulo dicitur, qui cum Christo non pugnat. Sed pergunt obijcere, Ecclesiam non esse pro nobis traditā: quod ipsum ne de pane quidem recte dici potest. Vtrunque ergo attributū corporis Christi par i ratione accipit tam panis, quam Ecclesia.

*AMBAS EUCHARISTIE
partes in explicandi ratione conue-
nire oportere.*

Quantumlibet aduersarij in alijs
tergiuersentur, h̄ic tamen nō ef-
fugiunt: quod est necesse, utrāq; Eu-
charistiax partem eodem ductu atque
tendere explicari. Quod igitur de vino
seu vini poculo recte dicunt, idem de
pani similiter recte, iuxta analogiam,
dici potest. Dicitur autem viuum Eu-
charisticum nouum Testamētum in
Christi sanguine. Erit ergo & panis
Testamentum nouum corporis, vel
in corpore Christi.

Si dicant, Christum simpliciter ap-
pellasse viuum sanguinem suum, non
sanguinis Testamentum, facilè cis il-
lud conceditur, ne pugna sit inter E-
uangelistas & Paulum. Verū enim
nisi Lucā & Paulum arguere vo-
lent corrupti Testamenti, dent nobis
oportet, interpretationē Lucā & Pau-
li æquipollere Matthæi ac Marci enū-
ciatis. Nec elabuntur per sua asy stata
&

& antistrephonta, in pari ambiguitate
 vtrunque dictum ponentes: Hic est
 sanguis: & Hic calix est nouum Testa-
 mentum in meo sanguine. Citius e-
 nim assequatur aliquis, si vinum dicas
 Testamentum in sanguine, quam si
 sanguinem voces: quanquam vtrun-
 que figuratum est. Alterum enim tam-
 et sensus non iudicat, potest tamen
 quodammodo dijudicare illud ratio-
 humana. Alterum neque sensus, neq;
 intellectus comprehendit, sed vterq;
 contrarium potius statuit, nempe, vi-
 num hanc quamquam esse Christi san-
 guinem e modo, quo aduersarij vo-
 lunt. Eludant autem, quam diu libue-
 tit, sensus & rationis iudicium: nihilo
 minus, si de claritate locutionum se-
 cundum hominem loquamur, clari-
 us adhuc erit, quando vini poculum,
 Testamentum nouum in Christi san-
 guine appellatur, quam si san-
 guis ipse Christi no-
 minetur.

SANNAS ET SCOMMA
ta, quæ in significationem Sacramento-
rum euomuntur, à blasphe-
misis in Christum pa-
rum differre.

Qvi signa & significationem cœ-
næ Dominicæ suggillat, interim
dum Figuratores & Significatistas sub-
sannant, signa & figuras Dei in eum fi-
nem usurpates, propter quem à Chri-
sto instituta sunt: isti simul Dominū
ipsum & magistrum harum diuinarū
ceremoniarū irridere videntur. Dum
enim non sinunt signa ista & simula-
cra diuinarum rerū recte dici, & Deo
iniuriam faciunt, cuius instituta ele-
uant & extenuat, & sc ipsos fallunt in
hoc, quod vel in verbo, vel in Sacramē-
tis aliud à veritate menteq; diuina o-
stendi & offerri singunt: aut Deum nō
præstare quod significat, arbitrantur,
saltem ob id, quia significare dicitur.
Hi, inquā, omnes vel Deum ipsum ha-
bent ludibrio, vel nos à Deo ludifica-
ri censent. Est autem significatio in Sa-

cramentis Dei, certissima earum rerū
quæ ibi significantur, exhibitio: sicut
diuina iustitiae Christi imputatio no-
bis facta, non minùs vera & efficax est,
quam si per nosmetipsos iusti essem⁹.
Itaque ut Deum falsitatis arguūt, qui
eius imputationem reiciunt: sic, qui
significationem.

P R O P R I E T A T E M V E R-
borum Domini & literæ simplicitatem inter
explicandum non retineri à defenso-
ribus τοῦ πεπτῶν in cœna
Domini.

QVanquam Metuiaſtē cum Synu
ſiaſtis pariter gloriantur & iacti-
tant, à se Christi verba propriè & sim-
pliciter accipi: neutri tamen præſtat
quod de ſe venditāt. Ea enim vera ver-
borum est simplicitas & proprietas,
cui ad iustum intelligentiam ac inter-
pretationem neque addendum, neq;
adimendum est quicquam, nihil etiā
est immutandum. Quotquot autem,
cum, in, ſub pane corpus Christi eſſe

K 3 statu-

statuunt, Christi verbis addunt: ergo
 à simplicitate recedunt. Nam si quod
Christus dixit, simpliciter retinendū,
 neque admittendum est, quod nō di-
 xit, vt volunt aduersarij: Panis non si-
 mul panis & Christi corpus, sed sim-
 pliciter ac solum erit Christi corpus.
Nō enim dixit Christus: Corpus meū
 est, vel cum, vel in, vel sub pane, vel pa-
 nis simul panis & corpus meum est;
 neque addidit, vt isti de suo adjiciāt,
 realiter, substantialiter, corporaliter;
 sed nuda ista sua de pane protulit ver-
 ba: Hoc est corpus meum.

At nec Metuistaſtæ ſuam ſententiā
 ē verbis Christi simpliciter acceptis
 habent defumptam, nempe, quod vel
 ex pane fiat Christi corpus, vel panis
 in corpus Christi mutetur ac trāfeat:
 verū, ipſorum inuentum & cōmen-
 tum hoc eſt. Nec enim Christus dixit
 panem iam factum eſſe, vel fieri, vel fu-
 turū: sed simpliciter eſſe corpus ſu-
 turū: Vbi nulla prorsus potuit intercedere
 mutatio, dummodo simpliciter ver-
 ba Christi accipiātur. Falso ergo per-
 suadere

suadere nituntur toti mundo, quod
propriate verborum Christi simpli-
citer insistant, quum multipliciter &
quam longissime inde recedant.

T A M S Y N V S I A S T A S,
quam Metuſias tas interpretatione ſuam ver-
bis Christi accommodatam, abſq; figu-
ris & tropis non poſſe
defendere.

Transubstantiatores cōminiscū-
tur, post verba consecrationis, vt
appellāt, prolata tum incipere ibi pri-
mūm eſſe corpus & ſanguinem Do-
mini. Quod ſi verum eſt, tunc verbum
ſubſtatiuum in tempore præſenti ab
Euangeliftis & Apoſtolo collocatū,
per futurum κατ' έν. Διαγών erit expo-
nendum. Iuxta hos ergo, ſi Christus
propriè & ſimpliciter voluiffet loqui,
debuiffet dicere, nō, Hoc eſt, ſed, Hoc
erit, aut fit corpus meum. Aut igitur
panis tunc fuit, quando Christus di-
xit eſſe corpus ſuum, atque ſic nugan-
tur Papiftæ: aut ſi paulò pōſt futurum

fuit, insimulabunt illi Christum mendacij, vt qui dixerit esse panē corpus suum, quod nondū erat: aut vt à mendacio tum se, tum Dominum liberēt, fateantur oportet, impropriè figura-
teq; Dominum esse locutum.

Si verò panis secundum Synusiastra rum opinionem inde corpus Christi dicitur, quòd secum affert aut cōiunctum habet corpus Christi, synecdochica erit locutio & interpretatio. Panis enim ex una parte manebit, & ex altera parte corpus Christi adiunctū habebit: vt integra & simplex futura fuisset locutio, si Christ⁹ dixisset, Hoc est panis & corpus meum.

Sin dicatur, corpus Christi esse vel in, vel sub pane, continens veniet nomine contenti, metonymicās.

Aduerbia verò illa, realiter, substancialiter, corporaliter, omnino contra simplicitatem verborum Christi affinguntur: vt pote, quorum nullum aut æquipollens etiam, legitur usquā vel à Christo, vel ab Apostolis, verbis cœnæ mysticæ fuisse adiectum. Quare nō dece-

decebat tam supersticiosos literæ assertores, & troporum atque modorū hostes usque ad eō suimet ipsorum obliuisci, ut legem à se positam, quotiescunque liberet, violarent, & nouos ac inauditos modos adsciscerent. An hoc non est modum alijs præscribere, quo panem Christi corpus esse credant, si tam crassis aducerbijs modus definiatur?

*SIMPLICISSIMA OMNIVM
TOMVS in cœna Domini explica-
tio ex Augustino.*

SI omnino simplici ac obuio verborum Christi sensu, quem litera suggerit, standum sit, ostendit Augustinus fore, ut nihil aliud credant homines, nisi omnino in illa specie pannis Dominicum corpus oculis apparuisse mortalium, proq; nobis in crucie traditum fuisse, & de latere tali percusso, liquorē illum vini omnino fluuisse. Quē sensum infantes etiam adhuc simplices dicit Augustinus ē Chri-

Lib. 3. de
Trinita.
cap. 10.

si verbis, grauissima autoritate sibi dicatis, collecturos esse: nisi vel proprio experimento (puta quinque sensuum) vel instructione aliorum (catechizantium scilicet) intelligant verba Christi aliter ac sonat, accipienda esse. Quotus vero quisque hodie istorum quib[us] literam urgent, concederit vel approbarit istiusmodi simplicitatem in verbis solennibus coenae Dominicæ? quem tamen necessariò euenire, non soli infantes, sed etiam adulti colligant, ex ista simplici verborum interpretatione. Quod ipsum & hoc aduerbum, Omnino, repetitum arguit, idem significans, quod simpliciter. Item, autoritas grauissima dicentis Domini, cuius hoc corpus & sanguis sit, de quo agitur in coena. Quæ argumenta si irrefragabilia essent, ut aduersarijs videntur, non effugient, quin superius allegatum sensum cogeretur admittere. Ex eo etiam quod de experimento proprio & alieno subiicit Augustinus, quo discatur, aliter quam sonant, verba Christi accipienda esse: liquidò appetet,

paret, non ita prorsus à sensuum & rationis iudicio in disquisitione veri intellectus verborum cœnæ discedendum esse: quod tamē aduersa pars tanta disceptandi mole contendit.

QVANTVM VALEAT LI-
teralis sensus probatio à verborum
Christi claritate desumpta.

ET si verba Christi in cœna à defensionibus literæ nō exponuntur ea simplicitate, quam proprietas verborum prima fronte suggerit, ut modò ex Augustino demostriauimus: nituntur tamē illam plausibilibus quibusdam ac speciosis argumentis fulcire: in quibus hoc facile firmissimum est, quod aiunt, verba Christi hoc sonare, eaq̄ sic clara esse, ut nulla egeant interpretatione. At Aristoteles istum paralogismū principij petitionē vocat, οταρ τὸ μὲν δὶς ἀντογενεσόρ, δὶς εἰ αὐτῷ οὐτιδὲ κακὴ δεκτῶν, id est, si quis conjecturali. quid, quod per se notum non est, per illud impsum demonstrare. Iam vero posse.

positū est hoc in quæstione, an Christi verba in cœna sicuti sonant, accipienda sint. Neque probatio ab aduersarijs allata, clarior est ipsa quæstione, quum semper quod probationis loco adducitur, notiūs esse debeat, q̄ id de quo quæritur. Hic autem nō modo æquè obscurum, sed planè quod probare debebat, idem est cum eo, quod ad confirmandum erat propositum.

Porrò de claritate quod dicitur, valde infirmum & dubium est. Habet enim figuratæ locutiones suum quoque lumen, quod à nō cæcutientibus facile conspicitur. Literæ claritas tūc, Augustino teste, retinenda est, quando locutio scripturæ sacræ hoc propriè sonat, quod salua fide caritateq; teneri potest. At qui à fide alienissimū absurdissimumq; esset, si pani & vino mystico proprietates corporis & sanguinis Christi tribuerentur: id quod omnino fieri oporteret, si panis Christi corpus, & vinū sanguis esset. Quis autem dicat panem pro nobis traditum,

tum, vinum pro nobis in remissionē
peccatorum effusum? Omitto hīc a-
lia multa, quæ consequentur absur-
da & cum fide pugnātia, si verba Chri-
sti propriè & simpliciter acciperētur.

Si quis dicat posse fieri, vt & panis
suam retineat naturā, & corpus Chri-
sti suas quoque proprietates seruet,
ac nihilominus coniungātur substanci-
aliter: quemadmodum in homine
corpus & anima conglutinantur, ma-
nentibus non confusis vtriusque pro-
prietatibus: Respondemus, naturali-
ter quidem corpori hominis iungi a-
nimam: nec tamen inter seita misce-
ri, vt alterutrum alterius nomen cum
proprietatibus induat, nisi figuratè.
At verò Christi corpus cum pane na-
turaliter non coniungitur: & si maxi-
mè sic iungeretur, non posset tamē al-
terius nomē vnā cum proprietatibus
alteri attribui, nisi figuratè. Id quod
in duplice natura Christi euidenter
cernitur: ubi licet Verbum sit factum
caro, si tamen Dei filius dicitur cru-
cifixus, illud rectè quidem dicitur,
sed

sed propriè humanitati competit.

Ariani similiter claritatem illius dī
āi: Pater maior me est, obijciebant, &
communicationem idiomatum tan-
quam peregrinam reijciebant. Verior
tamen adhuc fuit orthodoxorum pa-
trum peregrinitas & obscuritas (vt vi-
debatur) quām Arianorum claritas &
simplicitas.

Postremò singulis sentētijs de cœ-
na Domini cōtrouersis, probatio ista
communis est. Primum enim Metu-
siastæ verba Christi pro se allegat. De-
inde Synusiaſtæ similiter suæ opinio-
ni illa accommodant. Tertiò, Signifi-
catistæ in suas quoq; partes eadem ra-
pere possent. **Quis iam docebit nos,**
quīnam ex illis ea recte citent?

C O R P V S C H R I S T I O R E
ac fide, corporaliter & supernaturaliter
boni. b. 1. edi nequit simul, propriè
acceptum.

Si manducatio corporis Christi p.
priè & simpliciter accipiatur secū-
dum

dum literam, eoq; corporaliter & ore
fieri dicatur, tunc nihil ab anthropo-
phagia differt. Discriben enim quod
aduersarij inter manducationem car-
nis Christi & carnium è macello po-
nunt: quòd hæ frustulatim concisæ,
at Christi corpus integrum sumatur,
fruolum est: similiter & hoc, quòd al-
tera visibilis & sensibilis, altera verò
inuisibilis & nihilominus propria sit
manducatio. Sed tunc corpus Christi
naturale non editur propriè, quando
non ore, palato, lingua, dentibus, mo-
re aliorum ciborum commolitur. Ta-
lis enim propria est manducatio, quæ
naturali via & instrumentis natura in
hoc datis conficitur à nobis.

Quòd si corporaliter ac propriè i-
stud fit, quomodo supernaturaliter
fieri dicunt? Quæ enim corporaliter
transiguntur, ea vtique naturaliter ac
visibiliter transigi oportet, si vox (cor-
poraliter) propriè id sonet, quod signifi-
cat: sin ita intelligatur, ut Paulus eam
vsurpauit, quando diuinitatē in Chri-
sto ~~comunione~~ habitare dixit: tunc ali-
teræ

teræ proprietate disceditur. Siquidem diuino Spiritui, qualis est Deus in Christo, omnis quidem Deitatis plenitudo & excellentia conuenit, recteque tribuitur: quia nimirum verè atque perfectè in illo inest: sicuti, quæ corporea sunt, solida sunt, eoque firma: tamen virtus spiritus natura sua est incorporeus: ita nihil habet in se corporeum, nisi certè adscitum, ut diuinitas in Christo humanā naturā assumpsit. Quod si ergo ad eum modū Christi corpus dicatur edi corporaliter, quo diuinitas in Christo inhabitare dicitur: facile poterit hoc concedi: quum per Spiritum & fidem caro & sanguis Christi non minus firmiter, solidè ac verè percipiatur, quam si carnaliter & corporaliter hoc ipsum fieri dicatur.

Mirum est autem, quomodo Christi corpus in eadem significatione acceptum, tam ore, quam fide manducari dicant: quum Cyprianus & Augustinus expressè negent, acui aut parati dentes & ventrē ad manducandum, & fidem syncera mādicationem illam perfici

perfici afferant. Quando verò Augustinus ait, nos minime dubitare; Christum carnem suam nobis manducandam bibendum:q; sanguinem dantē, fidelis corde atque ore suscipere deo-reduupliciter potest responderit principiō, quod ad Eucharistiae Sacramen-tū percipiendum ex mandato Christi, oris ministerium omnino requiriatur. Iam, quia Sacramētum corporis suo modo corpus Christi est, & Sacra-mētū sanguinis parimodo sanguis Christi est: hinc etiam dici potest, os hominis suo modo capere corpus & sanguinem Christi. Deinde, quia au-
 res, oculi, & os hominis seruiunt si-de-li animo in hoc, quod de externā præ-dicatione gratiæ Sacramētū sumi, q; administratione, perferunt ad mentē resibi significatas: potest & hac ratio-ne caro & sanguis Christi dici fideli corde atq; ore suscipi, propter fidem quæ in corde, non in ore est. Ergo cor poris & sanguinis Christi perceptio, quæ fidei propriè conuenit, non per se, sed per accidēs ori tribuitur. Quia

tamen os in vsu Sacramētorūm fidei
 seruit & obtemperat, sicut & aures in
 audienda prædicatione verbi benefi-
 cio fidei hoc consequuntur, vt rebus
 etiam significatis participare dicātur.
 Porrò, vt fides & os hominis pro-
 subiectorum suorum, hoc est, animæ
 & corporis diuersitate, instrumēta di-
 uersa sunt: ita corūdem appræhensio
 & obiecta similiter diuersa sunt. Vt igi-
 tur anima ipsa est spiritualis, ita & fi-
 des, & manducatio animæ alia quam
 spiritualis esse nequit. Quomodo iā
 anima vel fides ipsa rebus corporeis
 vesci potest? Oportet enim, vt cibus
 & potus à fideli anima percipiendus
 naturæ animæ & fidei respondeat.
 Hinc liquidò constat, nec panem & vi-
 num, nec corpus & sanguinem Chri-
 sti corporaliter ac propriè ab homi-
 nis anima edi aut bibi: sed os homi-
 nis propriè panem & vinum sumere,
 ut pote cibum potumq; corporis na-
 turæ conuenientem. At Christi cor-
 pus & sanguinem os hominis corpo-
 rem neque naturaliter, neq; super-

naturaliter percipit. Naturaliter ob
id nō percipit, quia corpus & sanguis
Christi in hoc nō sunt naturaliter cō-
parata, vt corporaliter à nobis ore mā-
ducentur & bibantur. Nec supernatu-
raliter id circa, quia modus iste, cœlc-
stia & supernaturalia capiēdi, ori cor-
poro nō congruit, sed fideli tantūm
animo.

Quocunque ergo se vertant, nun-
quam obtinebunt, corpus Christi &
sanguinem (si propriè modò loquan-
tur) percipi à nobis corporaliter, siue
fide, siue ore. Supernaturaliter autem
fide tantūm: ore, sacramentaliter &
sacramētō tenus percipi fatemur. Nā
panis & vinum propriè ori destinata
sunt, corpus & sanguis Christi fidei, &
quod esca est carni, hoc animo est fi-
des, Cypriano teste, cui suffragatur il-
lud Augustini: Fides tua de Christo,
Christus est in corde tuo.

Ne quis verò suspicetur, nihil isto
pasto de corpore Christi p nobis tra-
ditō, & de sanguine effuso, vel ad ani-
mas, vel ad nostra corpora participa-

L 2 tio-

49. Tract.
in Ioan.

vionis redire, aut à nobis relinquiri: fat
 temur distinctè ad totum hominem,
 & utrunque hominis partem, tam cor
 pus, quam animam, vim vitæ, quala
 psu protoplastorum exdideramus, à
 Christo demanare: cuius rei Sacramē
 tum in páradiso fuit lignum illud &
 arbor vitæ, quæ non habuit in se vim
 illam viuificam, vt homines in vita cō
 seruaret, ac immortales faceret suo e
 su: sed figurauit Christum, verum & v
 nicum vitæ alimentum, per quem vi
 té restitutio nobis obtingit. Ut igitur
 scriptura duplicem mortem per pec
 catum primorum parentum inuectā
 in mundum à Satana docet, corporis
 & animæ: quarum illa prima dicitur,
 & est corporis ac animæ dissolutio &
 separatio temporaria: hæc mortis ani
 mæ, alienatio est à Deo, & secunda ap
 pellatur: vel, si quis malit primā mor
 tem vocare peccatum, quo anima in
 terit à Deo viuificata relicta: post quā
 mox corporis mortis subsequitur. Con
 tra utrāq; mortem Christus vitæ re
 parator attulit remediū: oportet ita
 que,

que, ut ambæ partes hominis Christo
 participant, ad vitam recuperandam.
 Cuius anima quidem certior reddi-
 tur perfidem, siue ex auditu verbi præ-
 dicati, siue ex usu Sacramentorum, in
 quibus intuetur & apprehendit id, q[uod] Deus ibi promittit & significat, Spir-
 itu Dei hoc ipsum suggestente ac intrus-
 obsignante. Corpus verò hominis, q[uod] a
 perse fiduci non est capax: ne tamen id
 circa exclusum vite participatione
 in Christo obtainendæ videatur, usur-
 pat ea, quæ Deus in hunc finem illi cō-
 cessit & proposuit usurpāda: verbum
 dico externum & Sacra menta, quæ
 sunt illi quasi visibilia verba: de quib[us]
 sensus hominis exteriores in trō nun-
 ciant menti, quæ Deus illi ab his nun-
 ciari voluit. Quandoquidē ergo cor-
 pus & anima mutuam quodammodo
 operam sibi inuicem præstant ad
 communem vitæ in Christo percipiē-
 dæ instaurationem: vtraque pars suo
 modo certificatur de communitate
 vitæ ex Christo hauriendæ: anima per-
 fidem, corpus per auditū verbi, & Sa-

cramentorum usurpationem. Ut iam
 fidelis anima credendo edit carnem,
 & bibit sanguinem Christi, dum cer-
 to sibi persuadet, Deum hac unica lita-
 tione & expiatione filij sui placatum,
 peccata velle remittere, & vitam eter-
 nam donare: vescitur utique & fruitur
 anima Christi obediētia & satisfactio-
 ne ad iustitiae saturitatem, ut vita ha-
 beat & abundet. Corpus verò seu ex-
 terior homo non minus, quam inter-
 rior, verbo externo & ceremonijs visi-
 bilibus diuinitus institutis obsigna-
 tur, de eo, quod remissio peccatorum
 & hereditas vitae aeternae sibi quoque
 sit comparata, & reseruetur in plenū
 redemptionis tempus: cuius nimirū
 visibles arrhas, in se velut è Dei ma-
 nu acceperit.

CVR QVID AM M ALINT
 mandationem corporis Christi super-
 naturalem, quam spiritua-
 lem dicere.

Q Vanquam Augustinus de Sacra
 mentis & signis Eucharistiae fate-
 tur,

tur, ea ut religiosa, honorem habere
posse, sed stuporem ut mira habere nō
posse: non desunt tamen, qui rem stu-
pendam & admirandam in Euchari-
stia ponant, corporis Christi mandu-
cationem: quam ob id supernaturali-
ter & ineffabili modo confieri dicti-
tant, quia & naturæ, & rationis huma-
næ vires & captum longè transcendit
& superat: Hoc autem in figurata seu
spirituali manducatione fieri nō pu-
tant, opinantes videlicet, hanc & na-
turæ cōsentaneam, & rationi facilem
ac obuiam esse ad percipiendum.

Nos vero libēter damus illis, haud-
quaquam vulgaria, quin longè maxi-
ma & diuinissima Deum agere & com-
munitare nobiscum in Eucharistia.
Quod enim ad rem ipsam attinet, cu-
ius potissimum causa Sacramentum
Eucharistiae institutum est, multa ibi
a fidelibus considerantur & cōmemo-
rantur, quæ nulla natura, nulla ratio,
nullus sensus, suopte marте ac sponte
assequī possit, nisi Dei Spiritus fidem
in animis hominum accendat. Quin-

etiam ut ex communi pane & vino Sa-
 cramenta corporis & sanguinis Chri-
 sti siant, id neque natura, neq; ratio,
 sed Deus solus potest efficere: unde
 non immēritō Sacramentorum insti-
 tutio creationi rerum comparatur:
 quoniam & hic vocat Deus ea, quae non
 sunt, ut sint, sigilla scilicet, quae imagi-
 nem filij Dei gerant ipsius mandato
 atq; promissō impressam: absq; quo,
 si potius etiam mundus consentire vel-
 let in rem aliquam, ut pro Sacra men-
 to haberetur, nihil ageret. Quantūm
 verò ad capiū ingēnij nostri attinet,
 ratiō Sacramentorum neque natura,
 neque intellectui, neque sensui huma-
 no est nota, quum sit spiritualis, & spi-
 ritualiter dijudicetur. Ad extremum
 fatemur & hoc cum Chrysostomo, in
 Sacramētis non posse ab hominibus
 fatis pro dignitate, vel consilij diuini
 rationem, vel fructus magnitudinem
 explicari. Nam vt ut figuratis tum re-
 bus quām verbis tanquam notioribus
 Christus adumbravit, quidnā ibi ma-
 xiū agendum sit longè tamen utrā-
 que

que hypotyposin infra tanti mysterij
sublimitatem subsidere, quæ exactissi-
mè demum in ventura vita perspicie-
tur. Putamus tamen omnino, quantū
ad fidei caritatisq; exercitium in hoc
seculo sufficere Deo sit visum, hoc ab-
undē tum in Dei verbo, tum in Sacra-
mentis, ad viuum quām fieri potuit,
dilucidissimè nobis expressum fuisse:
vnde nimirū & beati à Christo dicun-
tur, qui esuriunt & sitiunt iustitiam,
non hīc: quoniā saturabūtur, sed ibi.

Quid igitur cause fuisse dicemus il-
lis, qui nomen Spiritus nō satis augu-
stum & magnificum iudicarunt, quin
philosophicum & metaphysicum vo-
cabulum Theologico præferrent? E-
go certè nullam inuenio aliam cau-
sam, præter dissentendi libidine, qua
illi agitati, ne spirituali manducatio-
ni videantur subscribere, quiduis po-
tiū, quamlibet exoticum, maluerūt
accersere, quām domestica & scriptu-
re familiaria vocabula nobiscum usur-
pare. Tametsi nos verborum appella-
tiones nihil aut parum morāmur, si re-

bus saltem ipsis aliquo modo conueniant. Quemadmodum facile ferre possumus, ut Christi corpus admirabiliter & supernaturaliter edere dicamus, ad vulgarem & profanam mandationem excludendam: si tamen admirabilis & supernaturalis illa manducatio corporalis esse, velore fieri dicatur: aut spiritualis manducatio inferior corporali, immo etiam supernaturali habeatur, hoc verò, ut est indignum, ita quoque minimè est concedendum. Nam si supernaturaliter illa fit, quomodo aliter, quam per Spiritū & potentiam Dei fieri potest? Nos enim Spiritum à Dei potētia minimè separamus. Si ergo per Spiritū supernaturalis illa manducatio perficitur, quid obstat, quo minus & quæ spiritu lis, ac supernaturalis appelletur? Unde apparet, eos non temerè iudicare, qui cōtentione hanc meram logomachiam esse putarūt atq; dixerunt. Ad summum enim ubi peruetum est, agnoscunt partes ambæ supernaturalem corporis Christi mandationē: cuius

cuius modum licet se nescire palam
 aliqui fateantur, audent tamen adhuc
 cum corporaliter definire, & corpora
 lem vocare: ut recte scripsit Augusti
 nus contra Adimantū: Tanta est per-
 nicies animorum, qui, quum vincere
 homines volunt, ab errore conuin-
 cuntur.

SOPHISMATA EX ASCEN-
sione Christi ad cœlos, & sessione eius ad dexte-
ram Patris confita, ad corporalem car-
nis & sanguinis Christi in pa-
ne & vino præsentiam
stabilendam.

Non absire dixit Ethnicus ille phi-
 losophus, ex uno inconuenien-
 ti dato plura sequi. Quod ipsum cum
 in alijs omnibus de religione sparsis
 erroribus, tum vel in hac Eucharistica
 concertatione maximè videre est sic
 schabere. Ut enim literalis sensus se-
 mel arreptus retineatur, coguntur &
 attrahuntur ad eius defensionem sa-
 cræ scripturæ loca quadam, noua pla-
 ne

nè ac nuper excogitata primùm interpretatione, contra communem & antiquam Ecclesiæ fidem deprauata. Cum iusmodi sunt articuli illi fidei de ascensione Christi ad cœlos, & sessione eius ad Dexteram Patris. Item de corpore Christi clarificato, & de proprietatibus diuinæ naturæ in humanam Christinaturam effusis, seu collatis. Quorū pleraque non ἀπόστολος & modò, sed magna etiam ex parte (propterea ab aduersariis explicantur) sunt falsa.

Discessum Christi ex hoc mundo, cuius creberima fit metio in scriptura, non sinunt de eius humanitate sic intelligi, ut orthodoxi patres consuerūt interpretari, simpliciter in qua & propriè, ut secundum carnem seu corpus abesse à nobis prorsus credatur, sed referunt illi ascensum Christi ad sublimiorem quandam conditio nem & dignitatem, ad quam Christi humanitas ex humilitate dispensatio nis sit evecta. Quæ quidem sententia non est indigna Christi maiestate, si modò rectè intelligatur. Nam & nostra

stra corruptibilia corpora à resurreci-
tione splendidiorem conditionem,
quam quæ in hac vita fuit, nanciscen-
tur: quanto credibilius est iam Chri-
sti humanitatem cœlestis gloriae par-
ticipem facta, longè præstare consor-
tibus suis? Ideoq; Augustinus ^{43. tractatu-}
nobis Christum tam in statu humili-^{in Ioan.}
tatis, quam in gloria constitutum, sic
inquietus: Non quia homo factus est,
iam comparandus est nobis: nos ho-
mines cum peccato, ille sine peccato.
Et mox: Ergo secundum ipsam for-
mam serui multum interest inter glo-
riam Christi, & gloriam omnium cæ-
terorum.

Quod verò ad istam Christi gloriā
pertineat aut regratur corporis Chri-
sti inuisibilitas & vbiq; tias, multò inā-
gis humanum figuratum est, quam
opinio eorum, qui corpus Christi cla-
tificatū, substantiales naturæ sue pro-
prietates retinere censent. Quanquā
enim a nobis de loco, ubi nunc Chri-
stus secundum carnem degit, & quo-
modo, aliter definiri nō potest, quam
iuxta

iuxta scripturam: longè tamen verisimilius est, Christum secundum carnem iam in cœlesti gloria extra hunc visibilem & corruptibilem mundum versari, quam neque oculus vidit, neque auris audiuit, in quam etiam credentes recipiētur. Neque propterea illa vis, aut coactio assertur aut imponitur corpori Christi, quasi uno certo loco affixus, ut noctua in pertica sedeat: certiam si dicatur, oportuisse Christū certi capi usque ad tempus restitutionis omnium. Si enim is est ordo diuini consilij, ut Christi caro à laboribus, quos in hac vita nostra causa sustinuit, in summa & arcana luce felicitatis resurrectur ac maneat extra hunc mundum: non debemus liberam eius voluntatem existimare inopiam.

De sessione Christi ad dexterā Dei quod cauillantur, quia dextera Dei vbiique sit, idcirco etiam humanitatē Christi ad dexteram Dei collocatam vbiique esse: Respondemus cum Augustino, si non est consequēs, ut quod in Deo est, hoc est, in unitatem personæ

nam cum ipso assumptum, ita sit vbiq;
 ut Deus; multò minùs sequitur, ideo
 carnem Christi in cœlum leuatam, &
 ad dexteram Patris collocatam, vbiq;
 esse, quoniam ibi sedeat. Siquidem &
 nos in illo sedemus ad dexteram Pa-
 tris: quia sedemus & viuimus in Chri-
 sto per corporis vnitatem, teste Am-
 brosio, cui etiam adstipulatur Augu-
 stinus ad hunc modum: Quod ex no-
 bis suscepit, in cœlum leuavit, & ad
 dexterā Patris collocauit, & fidei no-
 stræ certum pignus dedit, quod mem-
 bra sint ipsum secutura. De tanto igi-
 tur capite fideliter sperent ad ipsum
 se posse peruenire, quem iam credunt
 ad dexteram Patris sedere. Chrysosto-
 mus similiter ait, Christum naturam
 nostram in cœlum introduxisse, & ad
 dexterā Dei collocasse. Quod etsi iam
 in primitijs & capite nostro, id est,
 Christo completum est; speramus ta-
 men idem in membris quoque com-
 pletum iri aliquando, suffragante Au-
 gustino de agone Christiano; ubi de-
 xtera Dei definitur beatitudo perpe-
 tua,

tua, quæ sanctis datur: atque sic Ecclesiæ, quæ corpus Christi est; in ipsa dextera, hoc est, beatitudine futuram esse manifestè affirmat: quæ tamē ob id nō statim vbiq[ue] erit. Si[us] verò per dexteram Dei intelligas omnem illā potestatem in cœlo & terra Christo traditam, omnino concedimus: sed cum Cytillo dicimus, quod & carne absens ad consummationem vsq[ue] seculi, nihilominus nobiscum esse, Ecclesiæ gubernare & custodire: & nos regere Spiritu suo possit: ut nobis nō sit opus, propter hoc carnis præsentia desiderare. Nihil mali, ait, vobis accidere potest, si carne abfuero, quū Deitatis meæ potestas, quæ vos hucusque seruauit, in posterum etiam seruatura sit. Idem alibi: Nullus ambigit, inquit, quum ad cœlos ascenderit, quāuis virtute semper affuerit, præuentia tamen carnis ipsum absuisse. Vbi etiā responsum est ijs, qui Christi promissiones obijciunt, quibus pollicetur, se nobiscū & in medio nostri fore, quotiescunque duo aut tres congregati fuerint.

fuerint in ipsius nomine. Nam secundum maiestatem, prouidentiam, ineffabilem diuinitatis gratiam impletur, quod ab eo dictum est: Ecce ego vobiscū sum, &c. Sic Augustinus, Cyillus & alij, verba Christi exponunt. Frustra igitur queruntur, Ecclesiā magno bono atque thesauro priuari per absentiam corporalem carnis & sanguinis Christi.

Ceterū, nō separandas esse Christi naturas clamitant: vnde existimāt sequi necessariò, ubique Christi sit diuinitas, ut ibidem humanitatē eius quoquā esse oporteat. Sed falluntur: quia naturā Christi non ideo se iunguntur, licet post assumptam humanitatem, quamdiu Christus versatur in hoc mundo, secundum carnem non fuerit ubique, multisue in locis simul cum diuinitate. Dixit quidem de se Christus, nē minem ascēdere in cōlūm, nisi qui descenderit de cōlō filium hominis, qui sit in cōlō. Quod utique de diuinitatē Christi propriè, de humanitate secūs intelligitur: Id

M quod

quod ex promissione latronis in cruce
 facta cuiusdam potest colligi, cuius ani-
 mæ fideli dixit: Hodie mecum eris in
 paradyso: & tamen nec anima, nec ca-
 ro Christi futura erat eo die cum latro-
 ne in paradyso. Si enim vere mortuus
 est & sepultus Dominus, sine dubio
 caro ipsius expirauit. Ad tempus enim
 exiguum anima deseruit carnem, sed
 redeunte anima resurrecturam. A ver-
 bo autem separatam esse vel carnem,
 vel animam Christi, nemo recte dixe-
 rit. Planè enim sola caro sepulta iace-
 bat in monumento, post triduum re-
 fuscitada. Si enim erat ibi anima, Chri-
 stus non erat vere mortuus. Si autem
 vera mors erat, & eius vera sit resurrec-
 tio, sine anima fuerat in sepulchro.
 Et tamen recte dicitur Christus esse se-
 pultus: siquidem Christus erat etiam
 sine anima caro, quia non est sepulta
 nisi caro. Ita Christus potuit esse se-
 cundum carnem in terra loquens cum
 Nicodemo, & non in cœlo, nisi secun-
 dum diuinitatem, qua impleuit cœ-
 lū & terrā. Ut igitur in morte Christi
 di-

diminitas eius ab humanitate nō fuit separata, quantūlibet mors corpus eius & animā separarit. Ita distinguuntur quidem diuersae naturae secundū vniuersaliisque proprietates, ne confundantur, at nō diuelliuntur. Si quis diuinitatem in Christo passam negat, anis mox naturas dirimit?

QUID SIT P A R T I C I P A.
tione naturali & corporaliter Christo
iungi, ex Hilarij & Cyril-
lis sententia.

Quando Patres affirmāt, nos Christo cōiungi nō spiritualiter tantum recta fidē caritateq; seu voluntatis unitate atq; cōsensu: verum etiam corporaliter & coniunctione natura lī secundum carnē: hinc quidam carnalem corporis Christi presentiam in coena eliciunt, quasi naturae cōiunctio, quam Christus per Sacra menta nobiscum communicat, aliter ad nos transire nequeat, nisi eius corpus in pane, & sanguis in vino corporaliter vel naturaliter insit.

M 2 Nos

Nos verò spirituali illa cōiunctio-
ne inter Christum & nos, quæ pervo-
luntatis habitudinem & caritatē con-
stat, paulisper se posita, dicimus, nos
non animorum tantum, sed & corpo-
rum necessitudine ac nexu quodam
Christo naturaliter cōglutinari: prin-
cipiò per incarnationem verbi, qua
Christus naturam nostram assumpit.
Quia verò non est satis Christum no-
bis hac ratione iunctū esse, vt qui car-
nem ex carne nostra, & os ex ossibus
nostris habeat, alioqui omnes homi-
nes ex quo participarent Christo: di-
cimus præterea, nos vicissimi oporten-
t cum illius per diuinitatis inhabita-
tionem sanctificato corpore atq; san-
guine commercium habere, vt quem
admodum ex vite succus in palmitis
transit; ita inde in nos vitæ sanctitas
& vis oninis deriuetur: alias enim ca-
ro & sanguis noster non posset regni
Dei sicuti particeps.

Quoniam ergo totus homo per
Christum fuit instaurādus, vt corpus
et anima immortalitate fruere
tur.

tur: necesse est, nos totos tam corpore, quam animo Christo coniungi, ut nos in illo, & ille in nobis, viuamus, quanti quanti sumus. Nos autem in Christo corporaliter non sumus, quamuis tanquam membra corpori eius inserimur: unde non est necesse, ut Christus corporaliter vel in nobis, vel in panem sit: sed ut panis hic terrestris imbecillitatem carnis nostrae sustinet atque conservat: ita Christus per Spiritum sanctum, & spiritum nostrum vivificat, & corpus nostrum a corruptione liberat; nec viveremus, nisi per spiritualē connexionem membra huius corporis essemus. Ut autem illa virtus meritorum mortis Christi, quam tulit in carne, in nos ab eius carne deriuetur, nihil videmus reali corporis & sanguinis Christi praesentia opus esse.

*SOPHIS MATA PRO IM-
PIORUM SUMPTIONE, QUOD HICUM SIGNIS RES
ETIAM SIGNIFICATAS ACCIPANT.*

*E*x autoritate instituentis Dei, non ex dignitate indignitatē euc perso-

narum tum administrantium, tum ac
cipientium Sacraenta veritatem Sa-
cramentorum pendere ac aestimandā
esse docēt. Quocirca & illud Pauli ob-
ijciunt: Quid enim si quidam fuerunt
increduli? Num illorum incredulitas
fidem Dei faciet irritā? Absit. Ex quo-
sie inferunt: Deus, qui constans & ve-
rāx est in promissis, offert in Sacramē-
tis suam gratiā pariter omnibus, tam
infidelib⁹, quam pijs. Ergo quotquot
Sacraenta accipiunt, corpus Christi
vnā cum pane, & sanguinem vnā
cum vino oblata percipiunt.

Respondemus, Deum quidem om-
nibus ex aequo in Sacraentis & ver-
bo suam offerre gratiam: non tamen
omnes illam oblatā pariter recipiūt:
qua culpa non est offerentis Dei, sed
hominum non accipientium. Con-
stat ergo Dcō veritas & fides sua nihil
ominus, etiā si homines irrita sibi suo
vitio faciant Sacraenta. Quis enim
sacrificinetur: Qui gratia Dei Sacra-
mentis oblata frustantur, iij falluntur
a Dco. Impijs gratia Dei Sacraementis
oblata

oblata frustrantur. Impij ergo à Deo falluntur. Potest impijs gratia Dei offerri, vt eam non accipient: cuius frustrationis culpa in impijs, non in Deo hæret, qui fidem suam coliberauit, q obtulit. Sed ita penes homines, inquiunt, non penes Deū erit vis & efficacia Sacramentorum. Nequaquam. Tamē si enim credētibus Euangēlio vita æterna promittitur, & nō credētibus condemnatio denuntiatur, ob ad tamen vis verbi Dei non in hominum ponitur arbitrio: quia sic est cōparatum, vt Euangēlium credenti o-dorsit vitæ ad vitam, incredulis odor mortis ad mortem.

A N E X E O, Q V O D I N D I-
gē accedentes ad mensam Domini, rei sunt
corporis & sanguinis Christi, sequatur,
impios illa sumere.

Ex grāni illa comminatione Apo-stoli colligunt aduersarij, impios sumere corpus & sanguinem Christi:
quia utriusque reos se faciat indignè

manducantes, nec dijudicantes corp
pus & sanguinem Domini, ut talis sit
illorum argumentatio: Quicunq; rei
sunt corporis & sanguinis Christi, o-
portet ut corpus & sanguinem eius
sumpserint: quomodo alias reifierent
eius, quod non sumpsissent? Indigne
manducates corporis Christi rei sunt:
Oportet ergo, ut indignè manducan-
tes corpus & sanguinem Christi sum-
pserint.

Respondetur ad maiorem, multos
esse eos corporis & sanguinis Chri-
sti, qui tamen illa non percepint.
Quales fuere, qui diris se se deuouere
coram Pilato, clamates: Sanguis eius
veniat super nos & liberos nostros.
Augustinus quoque dicit, nō minūs
reum fore, qui verbum Dei negligē-
ter audierit, quām qui corpus Domi-
ni sua negligentia in terrā cadere per-
miserit. Atque ibidem scribit, verbū
Dei non minūs esse quām Christi cor-
pus. Hinc autem Paulus crimen hoc
talibus verbis tam atrox reddidit, vt
istam iniuriam symbolis factā, incor-
pus

pus & sanguinem Domini redundare
 dixerit: quod dum Sacramēta violan-
 tur, ipse cuius sunt Sacra menta, viola-
 tur, quamuis immunitis ab omni violē
 tia maneat. Id quod Augustinus sic Lib. 2. de ser-
 docet; Sanctum est, quod violare atq; mone Do-
 corrumpere nefas est: cuius vtiq; scelē mini in mō
 ris conatus & voluntas tenetur rea,
 quamuis illud sanctum natura inuio-
 labile atque incorruptibile maneat.

QVI CORPVS ET SAN-
guinem Christi perceptum aliquibus no-
cere tradunt, ex falsis causis
& effectis ratioci-
nantur.

Qui realem corporis Christi man-
 dationem impijs attribuunt,
 illi Sacramentorum veram aliquam
 communicationem, quæ non saluta-
 ris & viuifica, sed noxia potius & dam-
 nosa sit, statuunt. Contra quos tenen-
 dum est, veritatem Sacramentorū se-
 mel perceptam, neque posse, neq; de-
 bere à suo fructu (qui perpetuus eius

est comes) auelli. Nam si fructus ille non sequatur, Spiritus (qui veritas Sacramentorum est) reuera non est perceptus. Nec leuis Deo sit iniuria, quando quod hominum culpa accedit, in organa Dei transfertur. Constituuntur sanè rei corporis & sanguinis Christi, non qui reuera hæc sumunt, sed qui de pane & vino minus reverenter manducant & bibunt, nō dijudicantes corpus & sanguinem Domini. Vergit enim ignominia ista nō in panem & vinum, sed in ipsum Sacramentorum autorem, cuius sigilla proculcant: sicut qui bonum Dei verbum gustantes fastidiunt, & Spiritum gratiæ contumelia afficiunt, filium Dei infamare, conculcare, & denuò crucifigere dicuntur. Qui contemptus prædicativerbi non in ministri, sed in Christum & Deum ipsum recedit, iuxta illud: Qui vos audiit, me audit. Hic non ipsum Euangeliū per se, sed ista Euangeliū reiectione peragit homines reos, facitque damnationi obnoxios, q̄t tantū à se bonū repellunt. Ut

Vt ergo sermo Christi, qui alioquin
potentia Dei ad salutem credentibus
esse poterat, spretus, non receptus, iu-
dicabit nos in extremo iudicio: ita &
Sacramenta, quamlibet foris sumpta,
intus tamen non recepta damnant,
non sua quidem natura, sed abuten-
tium culpa. In Christo ad huc certius
id licet perspicere, qui ad seruandum,
non ad perdendum venit. Quod ve-
re in eum tanquam in lapidem offen-
diculi, multi impingunt, atque sic pe-
reunt, hoc reuera Christo non potest
vitio verti, sed incredulis, lucem non
recipientibus, quae non ad exequan-
dum, sed ad illuminandum in hunc
mundum venit.

Quod autem Augustinus ait, sancta
etiam obesse posse malis, & medicum
ludare non venenum, sed salutem de-
dice: ibidem ipse mox sese explicat,
quod indignè accipiendo, quia paca-
tus non accepit, ad perniciem
quod in se bonū & san-
ctum erat, accepit.

QVO.

QUOMODO CONTRARI
*effectus corpori & sanguini Christifal-
 sis similibus & comparatis
 tribuantur.*

Solis radij cæcos & lippicetes æquè
 Sac reliquos, qui luce eius fruuntur
 & gaudent, videntur attingere: ac in-
 terim tamen certum est, illos solis lu-
 cem neque capere, neque ferre. Quòd
 autem Sol ceram liquefacit, & lutum
 indurat, utrobique certum est, calore
 Solis vi sua & ad ceram & ad lutum pe-
 necrare: quorum quum diuersa sit na-
 tura, hinc fit, ut eadem excalfaciendi
 vis è Sole progrediens & lutum exic-
 cet, & ceram emolliat. **Q**uis autē non
 videt, si è corpore Christi eadem pa-
 scendi vis ad infideles perueniat, se-
 qui etiā istos effectus necessariò, quos
 corporis Christi manducatio natura
 sua operatur? Perpetuò enim est verū
 in vtranq; partem, quòd qui mandu-
 cat Christi carnē, & bibit eius sangu-
 nem, habeat vitam æternā: & vice ver-
 sa, qui non manducat eius carnē, nec
 bibit

bibit eius sanguinem, tempore myriam sine illo habere possit, æternam verò habere omnino nō possit: quod non ita est in hac esca, quā sustentandæ huius corporis vitæ causa sumimus, ut Augustinus monet. De hoc ^{26. Tract.} autem inter aduersarios & nos adhuc ^{in Ioan.} cōtrouertitur, vtrūm infideles sic eotius Christi recipiant & admittant, vt lutū & cera radios solares admittunt: quo probato, fieri fortasse posset, vt corporis Christi cibus impijs foretnoxius aut lethalis.

Idem responderi potest ad similitudinem à corporeo cibo potuq; dum, vbi vnu si demq; potus temperatæ naturæ optimè conuenit, stomachum malis humoribus refertum ac vitiatum lædit. Hic certissimum est, ab vtrisque illis pariter cibum & potum in stomachum traiici. Quemodo autem infideles corpus & sanguinem Christi traiificant in mētem, quā instrumento & receptaculo, quo ista percipiuntur aut traiiciuntur, hoc est, fide destituuntur, & vinculū Spiritus, quod

quo solo iungimur Christo, abrum-
pant? De una eademq; doctoris voce
res paulò aliter habet. Omnes enim
pariter quidem illum auditnt, sed nō
pariter illum in animis recondunt, vt
fructū ferre queat: Itidem, quotquot
ad mensam Domini accedunt, æqua-
liter forsan pane & vino, vt auditores
eiusdem doctoris voce paticipant:
Spiritum autē ac vim tam sermonis,
quam Sacramentorum infideles ex-
cludunt, quando res significatas fide-
li mente non suscipiunt.

¹⁸¹ Quemadmodū autem ager totus,
& qua parte ferax, & qua petricosus,
& qua sentibus obsitus, & iuxta viam
tritus est, ex æquo vnius generis semē
excipit: ita auditores verbi & conui-
uæ mensæ Dominicæ (quo ad exten-
na) idem verbum eademq; Sacra-
menta accipiunt, siue sint pij, siue impij.
Cæterū in parabola semētis, ijs qui
sermonem Dei ad tempus suscipere
dicuntur, fides aliqua à Christo tri-
buitur: quæ alijs, de quorū cordē ser-
mo Dei tollitur, negatur. Ut ergo ea
¹⁸² pars

pars agri, iuxta viam posita, licet semē
 in illam & quē ac in reliquum agrum
 proficiatur, verè tamen hoc non exci-
 pit: ita increduli sermonem Dei, quā-
 libet oblatum & auditum, suscipere
 tamen illum nō attendentes, propriè-
 dici nō possunt: reliqui credendo sal-
 tem, non tantū audiendo sermonē
 suscipere dicuntur. Nec obstat, quod
 fides illa in eis pōstea suffocatur & ex-
 tinguitur: quamdiu enim credūt, ver-
 bum susceptum retinent. Quod si era-
 go persusceptionem sermonis audi-
 tus ille externus, quo aures ea quæ di-
 cuntur hauriunt, intelligatur: potest
 impijs concedi aliqua susceptio. Sin
 ad animum referatur susceptio: certū
 est, veritatem verbi & Sacramentorū
 absq; fide non suscipi.

ANALOGIA FIDEI, QVA
 spiritualia spiritualibus, siue sint ipse res cœ-
 lestes atq; diuinæ, siue earundem notæ, verbum
 & Sacramenta, sic aptantur, ut inter ni-
 se conueniant, ac spiritualiter
 dijudicentur.

Certissi-

Certissimā regula, q̄ta genuina vē
 bi diuini & Sacramētorum expo
 sitio ab illegitima secernitur, illa est
 Rom.ii. fidei proportio, iuxta quam Paulus
 1.Cor.2. omnem diuinā voluntatis ruelatio
 niem tam in scriptura sacra, quā in
 Sacramentis ēstimat. Nēc dubitat idē
 autoritati illorum, qui Prophetæ in
 Ecclesia hābentur, opponere hanc fi
 dei confessionēm, vt quēcunque do
 ctrina illi ad amissim non respondere
 depræhensa fuērit, falsitatis cōargua
 tur. Qua etiā de causa Deus optimus
 maximus singulari consilio verbum
 suum Sacramentis adiunctum esse vo
 luit, vt in diuinā erga nos beneullen
 tiā contestatione illa inuicem sc de
 clararent, & mutuam quasi operam
 præstarent: dubitantesq; aut errantes
 circa alterutrum homines mox ad al
 terum configurerent, indeq; rebus ob
 scuris aut intricatis lucem afferrent.
 Augustinus certè hac insistens via
 in libris de doctrina Christiana, verbū
 Dei & Sacra menta inter se comparat,
 & ad eundem scopum vtraquē dirigit
 Cœlum.

ac refert. Reliqui etiam orthodoxi Pa-
 tres, quum ex verbo & Sacramentis v-
 nam eandemq; fidem didicissent atq;
 docerent: aduersus haereticos non è
 scriptura tantum petiuerūt arma, qui
 bus le suamq; doctrinam defenderēt:
 sed à mysterijs quoque rationes & ar-
 gumenta contra illos mutuati sunt.
 Et sanè si verum fateri volumus, ple-
 tosq; errores circa Dei verbum & Sa-
 cramenta, vel olim, vel hodie obortos,
 peperit nobis, paritq; adhuc quoti-
 die eorumdem distractio & dissipatio:
 quòd alia verbi, alia Sacramentorum
 ponitur & censetur religio: & quòd ci-
 travtrorumque diligētem considera-
 rationeni & collationem, prout no-
 bis semel aliquid tum in mentē, tum
 in buccam incidit, quo iure, quaq; in-
 iuria illud ipsum mox asserere ac pro-
 pugnare solemus. Neq; sperādus erit
 vñquam finis cōtentionum huius cē-
 modi de verbo & Sacramētis ortarū,
 nisi exemplo Christi, Prophetarum,
 Apostolorum & sanctorū primitiū
 Ecclesiæ, confessionē diuinarum re-

N rum

rum, & in verbo, & in Sacramentis per spiciamus & retineamus, debitaq; in vtrisq; reverentia versemur. Nam ratio tum verbi tum Sacramētorum vna planè eademq; est, siue originem, dignitatem, efficaciam & finem, siue abusum etiam spectemus amborum. Pari igitur religione ad verbū scriptū ramq; sacram, & ad tractationem Sacramentorum est accedendum. Et vt verbo nihil addendum, detrahēdūm ue est, neq; inde vel ad dexteram, vel ad laevam est deflectendum: ita quoq; Sacraenta neutram in partem peruerienda sunt. Si enim qui hominis testamentum infringit, aut corrūpit, non impunē aufert: quanto minus abibit impunē, qui Dei testamentum & sigilla labefactat?

Est autem valde iucūdum, verbi & Sacramentorum consensum & aquilitatem nō in veris tantū de vtrisq; sententijs, verūm in falsis etiam opinionibus atq; erroribus intueri. Sic enim ferē inter illa comparatū esse videmus, vt circa vtraq; & sana sibi mu-

tuò fides, & error errori respondat.
 Vnde sàpe potest fieri, vt quod quis
 alias scorsim inspectum vix agnosce-
 ret, id ex collatione mutua faciliùs in-
 telligat. Rectè itaq; fecerit, qui cùm
 consentanea, tum dissentanea inter
 se composuerit, vt semper veri falsiq;
 delectum quasi in conspectu atque in
 promptu habeat.

QUALITAS VERBI ET Sacramentorum in veris causis efficientibus.

Principiò cōstat hoc inter omnes,
 autorē & cōseruatorē verbi & Sa-
 cramentorū esse Deū patrē, Christum
 Dc filium, & Spiritū S, qui etiā solus
 suis institutis virtutem suppeditat.

Adhibet is quidē ministros coope-
 ratiōs sibi in agricolatione aedificatio-
 neq; Ecclesiae. Vt verò ministrorū qua-
 liscūq; opa existat fructuosa, oportet
 vt ipse det incrementum. Alioqui fru-
 stra labor omnis impēditur & insumi-
 tur. Quare de se suiq; similibus rectè
 scribit Chrysostom⁹: Nos ministrorū

tenemus locū, qui verò sanctificatea
& immutat, ipse est Deus scilicet.

Hoc procurante, Ioannes baptista
prædicatione & baptismo pœnitētia
cōuertit corda hominum ad Deum:
id quod perse nūquām potuisset, nisi
Deus intus docuisset, traxisset, cōuer-
tissetq; ad se homines. De suo enim
ministerio rectè profitetur, quòd sit
vox clāmātis in deserto, Parate viam
Domino: & quòd baptizet aqua. Qui
bus verò à Ioanne instructis & bapti-
zatis affuit Spiritus sancti gratia, hi iu-
stificauerunt Deum, & fructus pœni-
tentia dignos ediderunt: quum Phari-
sæi & legis periti spernērēt partim cō-
siliū erga se Dei, partim in eius luce
ad tempus exultarent.

C O M P A R A T I O E R R^O
rum circa adiuuantes causas tum ver-
bi, tum Sacramentorum.

Superstitiosi homines p̄claris scri-
pturæ de ministrorum opera mo-
ticologis, hos supra nubes euectos, tā-
tum

tum non Deo æquant & adorant: ut
Lycaones Paulo ac Barnabæ sacrificia
offerre volebant.

Fanatici cōtrario furore solius Spiritus ductum expectantes & sequentes, externum ministerium Ecclesiæ propter imbecillitatem, reiiciunt. Verte Christiani, non ignorantes ministerium Baptiste, Pauli & reliquorum omnium, absq; Spiritu viuificâte, mortuam literam & egena mundi elemēta esse: agnoscunt ac æstiment ministros vt dispensatores mysteriorum Dei, & tanquam organa Dei selecta, & nūcios nomine Christi legatione fungentes: per quos ceu per testacea vascula pretiosus diuinæ gloriae ac recōciliationis thesaurus offertur mundo, vt virtutis eminentia p̄enes Deum esse, non ex hominibus proficiisci noscatur.

Quando verò Paulus se Spiritus, non literæ ministrum vocat, gratiam Dei prædicat, qui suo ministerio alias mortuo, viuificandi vim adiūgere dignat, sit, vt illi crederetur. Quotquot

enim ex auditoribus Pauli ad vitam
æternam predestinati fuere, hi soli credi-
dere. Quorum vero sensus Deus huius
seculi excœcauit, iij repulerunt, aut inu-
tile sibi fecerunt Pauli ministerium. Hoc
pacto Simon Magus, quamuis & ipse
a Philippo baptizatus vna cum aliis,
non tamen Spiritum sanctum accepit.

C O M P A R A T I O C A U S A
rum, sine quibus non verbum & Sa-
cramenta Dei constant.

VT sine ope Dei minister quamli-
bet fidelis efficere non potest, ut
homines credant ac seruentur: acce-
dente vero Dei spiritu ad operam mi-
nistri, non est illa inanis, sed longè vti-
lissima: sic etiam oportet, ne oleum &
opera pereat in ijs, qui vel verbum au-
diunt, vel Sacra menta percipiunt, ut
Deus det incrementum, & Spiritum
sanctum largiatur, qui corda illustret,
doceat, moueat, qui regeneret, pur-
get, pascat, potet.

Non tamen ob id otiosa res est, au-
res

tes verbo Dei percipiendo præbere: corpus aquæ lauacro ablendum of- ferre: panem manducare, & vinum in cœna bibere. Quin imò ista quum ex- pressum Dei mā datum & promissum habeant, non possunt à nobis citra summū Dei cōtemptum & iniuriam negligi, aut intermitti. Nam qui in mi- nimis & externis est infidelis ac ino- bediens: is protinus indignus est, cui res maximæ, cœlestes inquam illæ at- que diuinæ, per Dei spiritum confe- tantur.

*COMPARATIO ERRORVM,
quibus Dei gratia in vſu verbi & Sacramen-
torum operi usurpantium vel adimi-
tur, vel vendicatur.*

VT circa Dei verbum, ita & circa Sacramentorum usurpationem bifariam peccatur ab hominibus.

Alij externa verbia auditione, ablu- tione per aquam facta, manducatio- ne panis, bibitione vini, contenti ac- quiescūt: suo munere probè se defun- ctos arbitrātes, si verbo & mysterijs dī-

uinis hoc saltem, quicquid est officium
in percipiendis externis praestiterint.
Sic inter Iudæos hypocritæ legis co-
gnitione, circumcisione, sabbati, alia-
rumq; ceremoniarum obseruatione
gloriabatur: quos Prophetæ, Christus
& Apostoli grauissimè taxarunt. Ut er-
go non statim qui sermonem & legem
Dei audiunt, legunt, norunt tantum-
modo, iusti habentur: ita quoq; non
mox renatus aut saluus est, qui in ma-
nifesto circumcisus, aut baptizatus
est: neque continuò, simul ac qui spia-
foris mensam Domini accesserit, cor-
poris & sanguinis Domini fit parti-
ceps.

Alij contrà, externam verbi & Sa-
cramentorum perceptionē abicien-
tes, interiorem perceptionem retine-
re & magnificere evidenter: quæ tam-
etsi præstāter sit exteriore, & exterior
sine illa nihil proposit, interior autē ab-
que exteriore aliquando consistere
possit: idcirco tamen exterior verbi &
Sacramentorum usurpatio nō est pu-
tanda (si modo rectè fiat) suo carere
fructu.

stuctu. Quoties autem cunq; aliquis oblatam illius occasionem spreuerit: is haud dubiè Deum ipsum spernit: haud aliter ac ille, qui cibum potumque oblatum dedignatur manibus & ore sumere.

Quos autem Deus, nō intercedente ipsorū culpa & negligentia, vſu verbi externi & Sacramentorum deſtituitur, illi non statim aeterna ſalute omnes excludendi ſunt. Quod probatur partim ex paruulis, qui morte praeveniuntur, antequam vel ſacro lauacro vngi poſſint, vel nondum per aetas imbecillitatem praedicationi verbi & Euchariftiae percipiēdē ſunt idonei & capaces: partim etiam ex adulteris probatur, quibus planè eſt negatū ſacrificis coetibus & concionibus intereffe, vnaq; cum alijs coenam Domini sumere. De his enim Augustinus ait: Nulli ambigendū eſt, tunc vnuquenque corporis & ſanguinis Dominici participem fieri, quando in baptismō membrum Christi efficitur: nec alienari ab illius panis calicisq; cōsortio,

etiamsi antequam panem illum co-medat, & calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus, abscedit. Sacramenti quippe illius participatione non priuatur, quando ipse hoc, quod illud Sacramētum significat, inuenit.

C O M P A R A T I O V E R B I
& Sacramentorum in materia, cū-
ea quam utraque illa
versantur.

SVbiecte res, in quibus Dei verbum & Sacmenta occupantur & consumuntur significandis, utrobiq; sunt eadem. Vnū enim idemq; fœdus est, quod Deus init cum hominibus per verbum & Sacmenta. Vnde in veteri Testamento lex verba fœderis continent, circuncisio fœdus ipsum inter Deum & homines esse dicitur. In nostro, Euangeliū sermo reconciliatio nis, atq; adeò totum ministerium, reconciliationis ministerium vocatur. Quin & baptismus & cœna Domini com-

communionem, quam cum Deo ha-
bemus in Christo, nobis obsignant.

COMPARATIO PARTIVM
materiæ verbo & Sacramen-
tis propositæ.

VT duo sunt capita præcipua fœ-
 deris diuini nobiscū initi, nem-
 pe Deus & homo: Ita & plenam illius
 descriptionem ac cōsignationem o-
 portet vtrūq; hoc est, tam Dei, quām
 hominis notitiam compræhendere.
 Scriptura de Deo, cūm qualis in se sit,
 tum qualis erga homines sit, prædi-
 cat. Vbi rursus duo potissimū tractat,
 gratiam videlicet ac voluntatem Dei:
 quantum nimirum beneficiorū Deus
 in nos conferat, & quidnam officij à
 nobis vicissim postulet. Quibus exal-
 tera parte respondent ea, quæ Deus
 ab hominibus maximè requirit. Alte-
 rum fides & spes, alterum caritas er-
 ga Déum & proximum spectat. Huc
 conductit verbum, huc pertinent Sa-
 cramenta.

Prin-

Principiò lex ipsa non tantùm ad diuinæ iustitiæ volūtatem, sed etiam ad declarandam & amplificandā gratiæ ac misericordiæ diuinæ bencuolètiā facit plurimum. Compellit enim nos ad Christum per agnitionem peccati, & aduersus hoc irx Dei, quam monstrat, atque sic primus veluti gratus est ad pœnitentiam.

Hanc mox sequitur peccatorum remissio, quæ Euangelij quodammodo est propria.

Caritas verò Dei erga nos ex Evangelio cognita, constringit & deuincit nos sibi vinculo sui spiritus, vt quod ante a lex à nobis sua coa&tione minime potuit impetrare, id exinde vtrò libenterq; facere studeamus per Dei gratiā, nullis nostris viribus. Hæc tria suggerunt nobis etiā ipsa Sacramēta.

Baptismus peccatorum immundiciem per fordes abluedas: Christi expiationem & purgationem ablutione ostendit: per submersionem, mortificationem carnis & veteris Adami: per subleuationem, resurrectionē ad nouam

nouam vitam & noui hominis indui-
tionem requirit: quæ omnia vnicore-
generationis vocabulo compræhen-
duntur.

Cœna Domini per famē ac sitim,
quam cōmunicaturi ad mensam Do-
mini afferre debent, sensum propriæ
in iustitiæ innuit: per panem & vinū,
Christum cum sua obedientia & iusti-
tia, qua nos satiat, offert: simul etiam
monet, ut vita nostra semel abdicata,
deinceps viuamus in Christo, & Chri-
stus in nobis viuat. Et quemadmodū
vno pane participātes, membra vnius
corporis in Christo fiunt: ut sicut iam
inter se fidelium animi coëant, & con-
glutinentur.

COMPARATIO ERRORVM
*circa materiam subiectam verbo
& Sacramentis.*

PAriter peccant, qui vel ex lege tan-
tum peccata & maledictionē an-
nunciant, & pœnitentiā urgunt, ci-
tra peccatorum remissionem: vel qui
præte-

præterito legis officio, gratiam solū modo Euangelicam prædicant, vt An tinomi.

Ita qui circa baptismū, præsertim infantium, peccatum originis & innatam immundiciem negant, quod Pelagiani faciebant: item qui à gratia baptismi excludunt infantes, vt Cath baptistæ.

In cœna Domini peccant, qui vel neglecta fame sitiq; iustitiæ, vel saturatione ex corpore & sanguine Christi omissa, ex signis Sacramentalibus nudas Christianæ societatis tesseras faciunt.

*COMPARATIO MATERIAE
ex qua verbum & Sacramen-
ta constant.*

Si materia verbi & Sacramētorum consideretur secūdum partes quæ totum constituūt: tunc non signa sola, sed & res significatæ dicentur materia: quæ hoc modo duplex erit, exter na & interna. In verbo sonus ille, quæ verbum

verbum vocale nominat, aut si sit scri-
 ptile, literam vocant, pro materia ha-
 betur; in Sacrementis visibilia signa,
 ut in baptismo aqua, in cœna Domi-
 ni visibilia clementa panis & vini, ma-
 teria locum occupant. Interna mate-
 ria utroque est eadem, spiritus scili-
 cet ac vita tum verbi vocalis & literæ,
 tum clementorū res significatæ. Nam
 vt per verbum externum siue vocale,
 seu scriptile docemur: ita & per Sacra-
 menta suo quodā modo instruimur.
 Loquitur enim & in his Deus nobiscū
 paciscendo, vnde & Augustino Sacra-
 menta visibilia quedam verba dicun-
 tur. Rursum, & què per verbū ac in ba-
 ptismo renascimur, & ibidē & què at-
 que in cœna pascimur & potamur.
 Regeneratio etiam baptismo notata
 & collata, idem reuera secum affert, φ
 carnis Christi esus & sanguinis potus.

Quòd autem vna eademque res
 tam variè nobis offertur,
 non est de nihilo, vt
 mox audie-
 mus.

COM.

*COMPARATIO ERRORVM
circa materiam, ex qua verbum &
Sacramenta consistunt.*

Multipliciter circa hunc locum & in verbo & in Sacrementis erratur, tum coiungendo, tum disiungendo, tum deniq; immutando. Quidam verbo & Sacrementis res significatas sic alligant, ut qui externa perceperit, statim etiam habere interna putetur. Hi decipiuntur in eo, quod non attendunt, qua ratione Deus externa illa cum internis rebus coniuncta esse vellet. Non enim naturali quadam coniunctione & absolute necessitate cohaerent: sed si Dei institutio, consilium & voluntas in illis consideretur, facile intelligetur fieri non posse, quin Deus perpetuo sibi in illis constet, exhibeat, offerat ac praestet quae promittit & significat. Verbum igitur & Sacramenta quum sint simulacra diuinarum rerum, referunt nobis Dei mentem: quam q; in illis intueri potest, is non nudam vocem aut literam, aut nudam baptismi aquam,

aquam, aut solum panem & vinum in cœna, sed ipsissimam rerum significaturam veritatem percipit.

Quibus autem extrema illa id non significant, quod Deus per ista significari vult, quomodo hi res significatas amplectuntur? Significationis igitur vinculo cōnexa sunt, qua sublata, tollitur etiam connexio. Nec malè Augustinus miseris vocum aucupes nūcupat, qui apicibus quodammodo literarum putant ligandam esse veritatem, quum vtique non in verbis tantum, sed etiam in cæteris omnibus signis animorum non sit nisi ipse animus inquirendus. Posita vero significatione, (non hominum arbitrio aut imaginatione, sed diuina voluntate ac institutione) coniunguntur non minus firmiter res significatae suis signis, quam si $\phi\tau\tau\epsilon$ coniungerentur. Vbi & hoc est notandum, etiam si abusu & vitio mortalium accidat, ut actus in illis à potentia separetur: natura tamen instituta Dei valere, sūaq; potentiam retinere: quæ quo minus

O in

in omnibus pariter sese exerat, homines sua culpa obstant. Vnde & Augustinus super illum locum Ioannis 6. Verba quæ ego loquor, spiritus & vita sunt, ita scribit: Intellexisti spiritualiter, tunc spiritus & vita sunt: intellexisti carnaliter, & sic spiritus & vita sunt, tibi verò non sunt.

Disiunctione & separatione signorum & rerum significatarum bifariam erratur. Alij externa remouent, extenuant, aut vilipendūt, vt qui alteram cœnæ Dominicæ partem (puta calicem) laicis negant: & qui panem & vinum, quo ad substantiam, euangelicere è cœna, relictis accidentibus, fingunt. Hi eadem opera è baptismo aquam, è scriptura literam, è concionibus verborum sonos auferrent.

Alij videntes Dei & Spiritus sancti gratiam non ex ministerio verbi & sacramentorum pendere, eò quod scriptura sanctificationem multorum predicat, qui neque circuncisione, neque baptismō iniciati, neque externa legis auctoritati diuini doctrina imbuti fuissent leguntur:

Suntur : existimant pari modo illos
 quoq; quibus extenorū signorum
 copia fieri potest, absq; extenorū
 vsu gratiam diuinam consequi posse.
 Sed falluntur, non obseruata dissimi-
 litudine, qua Deus pro suo arbitratu,
 sitata ratione omissa, nihilominus
 suam gratiam quibus vult, absq; exter-
 nis adminiculis confert : quum cæte-
 ris quibus externa offert, eandem gra-
 tiam vsu extenorū conimunicet.

Alij cernentes quā plurimos, qui
 bus extenorū vsus est frequentissi-
 mus, nihilo plus gratiæ rerumq; signi-
 ficatarum accipere : scripturam sacrā
 usquequaq; literam mortuam, Sacra-
 menta egena mundi elementa iudi-
 cant. At hi non obseruant, hominum
 virtio, non Dei, neq; verbi, neq; Sacra-
 mentorum culpa fieri, quod contem-
 ptors, hypocritæ, superstitioni, & præ-
 posteri signorum admiratores in ex-
 ternis hærentes, indeq; æternam sibi
 salutem promittentes, nihil vsu verbi
 & mysteriorum iuuantur. His, inquā,
 externa illa partim profana, partim

morta & egena elementa sunt, quæ
sana mente præditis recteque usurpan-
tibus, organa Dei salutifera esse pore-
rant, si ab ipsis in eum finem, in quem
a Deo data destinataque sunt, dirige-
rentur.

Mutatione peccant, qui acceden-
te verbo Dei ad elementa, signorum
substantias mutantur sovniunt: quia le-
gunt in Patribus huiusmodi quandam
mutationem, qua externa signa in Sa-
cramētis aliud quippiam fiant, quam
quod erant prius sua natura. Quæ sen-
tentia vera est, si recte intelligatur. Nā
aqua baptismi non sua natura, sed ex
instituto Dei significat nobis regene-
rationis gratiam. Fit itaque mutatione
ibi non substantiae, quia manet aqua
æquè, vt fuit antea. Hoc autem ex Dei
verbo & Spiritus sancti via accedit, vt
nobis purgationem & peccatorū re-
missionem, adoptionis & renouatio-
nis gratiam obsignet: quæ quidem nō
est physica vel mutatio, vel accessio,
sed in delectu (quo ad Deum & Spi-
ritum eius segregationis & sanctifica-
tionis

tionis autorem) posita: & quo ad nos,
 in respectu & cōtemplatione fidei ve-
 rissima. Nisi enim Deus ista in huncv-
 sum segregasset, nihil à vulgari aqua,
 pane & vino different: nisi etiam ho-
 mines ad istam Dei segregationē re-
 spicerent, nullum inter ea, & profana
 discrimen haberent. Nos igitur aliam
 pani & vino Eucharistico mutationē
 non damus, quām qua ex rebus profa-
 nis sunt Sacra menta corporis & san-
 guinis Dominici. Quemadmodū sa-
 cræ literæ vitam æternam in se conti-
 nere dicuntur, quā tamē aliter quām
 significatione, coniunctam nō habēt,
 neque in illam mutantur: quia tamē
 literæ & vocū soni iuuāt nos, vt inde
 ad res significatas tota mente conj-
 tamur, hinc illis ea vis significandi cō-
 municandiq; significata tribuitur: ita
 baptismi aqua Spiritum regenerantē,
 panis & vinum corpus & sanguinem
 Domini secum habēt: licet nec aqua
 in spiritum mutetur, vel cum illo con-
 juncta sit: neque panis in corpus, vel
 cum corpore, neque vinum in sanguine,

nem, vel cum sanguine Christi cōmu-
tetur aut coniungatur.

C O M P A R A T I O F O R M A-
*lis causæ verbi & Sacra-
mentorum.*

Forma significandi ac instrumen-
ta sensuū, quibus obiectiuntur ves-
tibum Dei externum & signa Sacramē-
torum, differunt hęc inter se aliquan-
tūm. Verbū enim vocale ferit aures,
scriptiſe afficit oculos, quos vñā cum
reliquis sensib⁹, aptissima ratione mo-
uent Sacramēta, vt ab externis rebus
in sensus incurritibus, notitia per ista
agit⁹ pia, tanquam per fenestras depor-
tetur ad animū, vtq; ibi rectum de re-
bus diuinis formetur iudicium. Nam,
vt aures vocem verbi prædicati hauri-
unt, & operatione Spiritus sancti per
auditum fides in animis hominū ex-
citatur: sic in baptismo corpus quidē
clemento aquæ tingitur: animus vero
per Spiritum sanctum sanguine Chri-
sti abluitur, & à sordibus peccatorum
purga.

purgatur. Fides enim, qua purificatur corda, Christum æquè in baptismo, ac in verbo apprehendit, atque sic regenerationem atque innouatio hominis perficitur. In cœna os gustat panē & vinum: animus gustat, quām suavis sit Dominus.

Hoc igitur inter illa interest, quod inter tabulas & sigilla tabulis appensa, quibus contractus aliquis humano more confirmatur. Verbū Dei & scriptura sacra instar tabularum, quibus foedus inter Deum & homines descriptum continetur, habetur. Sacramenta sunt addita verbo ceu sigilla impressa, quibus eadem veritas diuinarū promissionum corroboratur. Hoc tandem Sacmenta plus habent, quām sigilla, quod evidenti hypotyposi pingunt, & quodammodo ante oculos ponunt eandem veritatem, quam obsignant.

Cæterū si iudicium illud mentis, quod imagines & typi Sacmentorum iuxta institutum Dei in animis hominum formare debet, perpendatur, ni-

hilà verbo noui aut diuersi afferunt.
 Vnus enim idemq; Christus, vt legis
 & Euāgelij est finis, ita & Sacramēto-
 rum. Communitas enim & societas il-
 la nostra, quā per Christum habemus
 cum Dco, quemadmodum in verbo
 variè describitur, nūc simpliciter, nūc
 figuratè: sic quoq; in Sacramentis iu-
 cūda varietate quadam nobis propo-
 nitur, vt nihilomin⁹ interim vna sem-
 per maneat fides. Quū itaq; audimus
 Christum esse ostium, viam, vitam, pa-
 nem, petrā, &c. verba quidem ipsa per
 se diuersas signunt formas; at fides in
 Christo, vnam eandemq; redemptio-
 nem, recōciliationem & salutē agno-
 scit, licet illa nunc regenerationis la-
 uacro, nūc panis ac vini vsu repræsen-
 tetur. Ita qui verè ac firmiter credit,
 propter Christū sibi remitti peccata,
 & aditum ad regnum cœlorum pate-
 re: is & renatus est, & manducat car-
 nem, & bibit sanguinem Domini.
 Nec aliud è verbo Dei, quām è Sacra-
 mentis percipimus, nisi secundū plus
 & minus: sed utrobiq; vt exhibetur à
Deo

Deo Christi communio, sic quoque à
fidelibus accipitur.

*COMPARATIO ERRORVM
informali causa verbi & Sa-
cramentorum.*

Varia mentione beatitudinis in
scriptura diuersis rebus attribu-
tæ, decipiuntur multi, vt cogitent, nō
vnam eandemq; viam ad salutem il-
lic monstrari. Hinc alia in veteri Testa-
mento per legē, alia in nouo per Chri-
stic gratiam: & hīc rursus, alia per solā
fidem absque caritatis operibus, alia
per fidem cum caritate coniunctam
putatur esse ratio ac via ad salutem.
In Sacramentis quoque videntur nō-
nullis aliter salui homines fieri per ba-
ptismum: aliter item per carnē & san-
guinem Domini. Quem nō turbaret
tam multiplex vitæ æternæ pmissio,
nunc baptismo, nūc Eucharistiæ, nūc
fidei, nunc caritati, nunc alijs virtuti-
bus apposita?

Verūm, qui Christum in omnibus
O s quæ-

quærit, & tanquam vnicum scopum
præfixū tenet, is nihil offendetur, sed
delectabitur potius tanta varietate.
In singulis enim agnoscet certum Spi-
ritus sancti cōsilium, quod ad conser-
tionem, non ad confusionem vergit.
Itaq; qui iusta ratione legē docet, qua
Deus eam doceri vult, nō hercle abdu-
cet, sed potius adducet homines ad
Christum. Similiter qui fidem & gra-
tiam Euangeliū commendat, non ape-
rit fenestram licentiae carnis aut igna-
uiæ, dum salutis nostræ honorem soli
Christo vendicat. Sic qui baptizat, &
q; baptizatur, quid agunt aliud, quam
quòd confessionem edunt eius fidei,
quam ex Euangelio de Christo didice-
runt? Neque alia est cœnæ Dominicæ
ratio.

Hic tamē ex altera parte sese nobis
opponent, q; hoc pacto, si sola in Chri-
stum fides, quæ ex Euangelio cognosci
poterat, ad salutem sufficiat, legē
superuacaneam esse dicent: vel Sacra-
mentis nihil opus esse existimabunt,
si nihil aliud, quam quod in verbo cō-
tine-

tinetur, Sacramentis affertur. Quibus respondemus, in hoc Dei sapientiam & bonitatem, meritò suspiciendam lucere, qui vnam eandemque rem tan topere necessariam tam diligenter in culcare hominibus voluerit.

An non videnius, quomodo nutrīces cum infantibus, magistri cum pueris alphabetarijs agant, quāta fide ac sedulitate, modò hac, modò illac progressus eorū tentent? Quid igitur mīrum est vsque ad eò, si Deus nostræ infirmitati se accommodās, pariter nobiscum balbutiendo, inq; rebus serijs iudendo, salutem nostram quārat & promoueat?

COMPARATIO FINALIS causæ & effectorum verbi & Sa- cramentorum.

*S*icut cōsilium Dei verbum & Sacra-
menta instituentis, siue propositū usurpantium sp̄ctes, coincidit causa finalis verbi & Sacramentorū. Quum enim homines nequeāt Deum in sua natu-

natura cognoscere proprijs viribus rationis & arbitrij: placuit Deo per externam verbi prædicationem in speciem stultam, & Sacramentorum χ^{ae}
 $\varphi\tau\omega\gamma\alpha\pi$ quodāmodo puerilem & ludicram, tanquam per speculum in α . nigratē cōspiciendum se nobis præbere: donec perueniamus eò, ybi non amplius obscurè aut ex parte, sed facie ad faciem euidentissimè perfectissimeq; Deum, vt est, cōtemplabimur. Interea verò temporis nosvū verbi & Sacramentorum contenti, excitamus, fulcimus, augemus & conseruamus in nobis fidē, spem, caritatēq; tantisper, dum quod perfectū cest, venerit. Qui hāc vim, & hos effectus Dei verbo & Sacmentis assignant, iij de tantis mysterijs non parum honorifice iudicant, multò minus ea debita laude ac fructu spoliāt: sed honorem quem Deus suis institutis haberi vult, deferunt. Quicquid citra supraq; hūc ratio humana, seu potiū supersticio & ambitio excogitarit & affinxerit, quamlibet id magnificum appareat,
magis

magis tamen Deo abominabile & ignominiosum est: quia non est in sensu Dei profectum.

*COMPARATIO ERRORVM,
circumfines & effectus verbi &
Sacramentorum.*

Supersticio & impietas hominum in contrarias partes verbum & Sacramenta a suo fine iustisq; effectibus detorquent. Illa enim nimium & plus quam par est, haec minus institutis Dei tribuit.

Sunt etiam qui putent, nunquam satis, ne dum nimirum posse verbo & Sacramentis tribui. Sed experientia diversum ostendit. Qui enim in usurpatione verbi & Sacramentorum operi operato, ut vocant, per se adscribunt salutem: aut qui fortunatos actionum suarum progressus, veritatis contestationem, mendaciorum detestationem exhibito iurejurando, in usu Sacramentorum ponunt: hi & similes praestigia totes tantum non idola ex verbo & Sacramen-

cramentis faciunt, magicis incantationis etiam illa saepe applicantes.

Econtrà, qui verbum & Sacramenta ceu tyrocinia, rudimenta & lacadas pueros & infirmos relegat, vel proximbris rerum præteritarum aut futurum, vel ut tesseras tantum militares & Christianæ societatis symbola habent: Item, qui prorsus illa abiciunt & contemnunt, ut Enthusiastæ & fanatici: hi omnes dignitati verbi & mysteriorum detrahunt.

Qui verò scripturæ sacræ & Euangeliū eos effectus vendicant, quos Paulus recenset, nempe, quod Euangeliū sit potentia Dei ad salutem omni credenti: & quod scripture diuinitus inspirata utilis sit ad docendum, redargendum, ad instituendum hominē, ut integer existat ad omne opus bonum apparatus: Item, quod quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sint, ut per patientiam & consolationem scripturarū spem habeamus: hæc inquam, & id genus alia in literis sacris reperta, certissimi efficiuntur.

gus verbi diuini sunt, neque ab illis
vſus Sacramentorum discrepat. Do-
cent enim ſuo quoque modo, conſo-
lantur, coarguūt, corrigūt & instruūt
nos ad fidem & ſalutē. Quid verò am-
plius in illis quæramus?

C O M P A R A T I O A D I V N -
itorum circa Dei verbum & Sa-
cramenta.

Personarum, loci, temporis, habi-
tus & modi in administratione
verbi & Sacramentorum eatenus re-
spectus est habendus, vt omnia decen-
ter ad Dei gloriam & Ecclesiæ ædifica-
tionem fiant. Quanquam enim iſtæ
circumstantiæ ad summam rei nihil
aut parum faciunt, eſt tamen in illis
quoq; εὐταξία seruanda: quam qui læ-
dit aut euertit, is Spiritui sancto haud
dubie resistit. Deus enim non eſt con-
fusionis & ſeditionis, ſed ordinis & pa-
cis amans in omnibus Ecclesijs san-
torum.

Illum

Illum igitur oremus sedulò, vt suò
nos Spiritu in verbo & Sacramentis
sic illustret, gubernet, conciliet, vt se-
positis contentionibus vnum idém-
que perpetuò in veritate verbi & Sa-
cramentorum sentiamus, atque in o-
mnibus gloriam Dei populiq;
salutem potius quam pri-
uatam laudem quæ-
ramus.

A M E N.

APHO.

APHORISMI RECTE
SECANTES SERMONEM
veritatis in controuersia
Eucharistica.

I. I

DE CATASTASI CON-
trouersiae dipnosophisticae.

Si terminis grammaticorum expli-
Scanda est partium inter se confli-
ctio, quarum ritur utrinque, propriéte, an
figurata Christus panem corporis sui
nomine, & vinum sanguinis applica-
tione donari?

Sicum Dialecticis loquamur, quæ-
stio est, utrum simpliciter, an secundū
quid aut quodammodo, panis Chri-
sti corpus, vinum sanguis dicatur?

Rhetoribus & oratoribus status est
scripti & sententiae.

Iure consultis pro æquo ac bono cō-
tra ius summum agitur. Hinc Cicero
pro A. Cecinna: Istum locum fugis &
reformidas, & me ex hoc (ut ita dicā)
campo æquitatis, ad istas verborū an-
gustias, & ad omnes literarum angu-

P. los

losreuocas. Id quod nobis similiter à
Metusiaſtis & Synusiaſtis accidit.
Theologis de litera & ſpiritu con-
trouertitur.

I I.

DE LITERÆ PRO-
prietate.

Proprietas literæ in cœna Domini
non niſi vnius modi exiſtere po-
teſt: quæ ſi ponenda ſit, talis erit, Au-
Li. 3. de Trig. iug. cap. 10. demonſtrante, vt nihil aliud
credatur, niſi omnino in illa ſpecie pa-
nis Christi corpus pro nobis tradi-
oculis appariuiffe mortalium: & de la-
tere tali percuſſo liquorem illum vini
omnino fluxiſſe.

I I I.

Cuiusmodi proprietatem literæ ab
Augustino oſtenſam, quū neutri eo-
rum, qui hucusq; tam pertinaciter li-
teram vrgent, agnoſcant aut admit-
tant: depræhenduntur palam vtrique
in falſa literæ gloriatiōne.

I I I I.

Quin ipſimet ſeſe mutuum iugu-
lant

lant & confodiunt, ut si substantiæ panis & vini in cœna cedant substantijs corporis & sanguinis dominici, quod in transsubstantiatione fieri necesse est: non sit panis, quo ad substantiam, simul panis & Christi corpus: & vice versa; si manent substantiæ panis & vini incolumes, nulla fiat transsubstantiatio.

V.

*ASSERTIO SPIRITVS**in cœna Domini.*

Spiritualia, teste Apostolo, spiritua i. Cor. 2.
Sliter dijudicantur.

V I.

Dicuntur autem spiritualia nō modores ipsæ spirituales, verūm earum etiam notæ atque signa, verbum scilicet ac Sacramenta.

V I I.

Spiritualiter dijudicare tum demū dicimur Apostolo, quādo res suis notis, & notas rebus conuenienter accōmodamus & explicamus.

V I I I.

Neigitur in dijudicandis spiritua-

P 2 libus

libus idem nobis eueniat, quod pictori Horatiano, qui humano capitice uicem equinam apposuit, & quod de Chimæra Homerus scribit:
 Πρόσωπο λέωψ, ὅπιθην δὲ δράκωψ, μέσων δὲ χειρῶν
 μαίγα.

In primis analogia tam rerū, quam signorum est obseruanda.

I X.

In rebus subiectis cœna Dominica participantibus ut duplex spectatur homo, interior, secundum animam: exterior, secundum carnem: ita vniuersi cuique sua, hoc est, cōgruentia, aptanda sunt.

X.

Fames ac sitis propriè accepta exteriior homini tantum competit: interiori non item, nisi figuratè à corpore ad animum transferatur; ut quum esurientibus sitientibusq; iustitia iaturitas à Christo promittitur.

X I.

Fames igitur ac sitis aliqua intusitati in animo requiritur omnino, non

non quidem corporea, sed quam sensus peccati in nobis efficit.

X I I.

Ita cibus & potus, panis & vinum, edere & bibere, propriè exteriori homini & corpori conueniunt: ad interiorum hominem translata & accommodata, propriam significationem non amplius retinet, sed omnino per similitudinem aliquam, aut aliam rationem, rebus à se alienis attribuuntur.

X I I I.

Quare, si quis ex illis verbis Christi: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, contendat carnem Christi omnino carnaliter edendam, & sanguinem bibendum esse: quia Christus tam clare, tamq; assueranter & seriò hoc dixerit: quid quæso tandem aliud iste ex Christi verbis, quam anthropophagiā quauis Chimæra horribilorem confecerit?

X I I I I.

Nec est quod quis hoc loco de omnipotētia Dei nobis ogganniat, Deū

pro infinita sua sapientia & potentia
plures modos manducandi atque bi-
bendi habere in promptu, ut nihil sit
opus ad figuratum loquendi aut eden-
di modum confugere.

X V.

Cuius enim superbia est, Deum ten-
tare, & miracula multiplicare: plana
via omissa, in præcipitia ruere, nulla
virgente necessitate?

X V I.

Obvia nobis monstratur à Deo ra-
tio in hac causa expediendi nos ex o-
mnibus difficultatibus, per figuratas
locutiones: Et nos tā morosi, immori-
geri & peruvicaces sumus, ut malimus
nos indies magis magisq; implicare
ac intricare, quam citra offenditionem
recto tramite incedere?

X V I I.

*DE ANALOGIA RERUM
sensibilium & Spiritualium.*

Compertum est, sapientiam diui-
nam omnia condentem, sic tem-
perasse naturam in vniuersitate rerū,
vt

vt non tantum terrenæ & corporales
sui generis rebus: sed etiam spiritua-
les corporalibus, cœlestes terrestrib;
intellectu perceptibiles rebus sub sen-
sum corporis venientibus aliqua ra-
tione aut pluribus interdum conue-
niant, easq; adumbrent.

X V I I I.

Sic vita temporaria cum suis acci-
dentiis vitam æternam, & mors tem-
poraria æternam mortē, non tantum
præfiguratione quadam, sed certissi-
ma etiam Dei prænunciatione & pre-
ordinatione nobis indicat & signi-
ficat.

X I X.

Quemadmodum iam in hanc vitā
non ipsi nos procreamus, neq; à parē-
tibus (nisi per benedictionē Dei) pro-
creamur: Ita multò minus ad æternā
vitam vel per nosmetipſos, vel per a-
lios, sed per Christi Spiritum regene-
ramur.

X X.

Simulac verò nati sumus in hāc tē-
porariam vitam, necesse est, nos vella-

ste nutricis, vel solido cibo sustentari & conseruari: sic regenerati per Christum, per eundem oportet nos sustenari ad æternam vitam.

XXI.

Hoc ipsum quò altius mētibus nostris imprimeretur: Christus consultus infirmitati captus nostri, primū figuris verborum, deinde & figuris rerum, vnum idemq; significauit.

XXII.

Quando igitur Christus Ioan. 6. def. vel sua carne dicit, quòd sit panis & verè cibus: itē de sanguine suo, quòd verè sit potus: metaphora est in istius modi orationis genere: quando verò ipsas res, quarum notæ, hoc est, voces ad metaphoram aptæ sunt, panem dicō & vinum, sub sensus producit, ad fructum passionis mortisq; Domini. cæ autem oculos quodammodo ponedum, fit mysterium & Sacramentum indigens spirituali explicatione.

XXIII.

Ex hoc fonte naturæ manant figurata tum locutiones, tum actiones &

ceremoniæ, habentes rationem simplicem interpretandi figuræ siue rerum, siue locutionū: vt res ipsæ vltò subministrent intelligētiam spiritualem, nec opus sit contortis interpretationibus.

X X I I I L

Quòd autem multi se ipsos in hac causa stupidos & cæcos faciunt, id à spiritu alti soporis est, quē Dominus Esa.²⁹. Prophetis & principibus sui populi miscuit, vt pereat sapientia sapientū, & intelligentia prudentium sese abscondat.

X X V.

Quum enim res ipsa clamet, in cœna Domini panem & vinū figuræ & signa esse corporis & sanguinis Domini: quod ipsum etiam nonnunquam aduersarij fateri coguntur: feruore tam contentioñis abrepti, cōtra manifestam veritatem, atque adeò cōtra semetip̄os negant & damnant in nobis hasce phrases, quibus panis & vi-
num figure & signa corporis & sanguinis Christi dicuntur.

X X V I.

Similiter de figuratis locutionibⁿ
nugantur, quibus et si locum in cœna
Domini dare nolunt: coguntur tamē
vel inuiti ad figuras configere, vt vel
suas opiniones tueantur, vel ineuita-
biles alias absurditates declinent.

X X V I I.

Nam ad euitandam Cyclopicā an-
thropophagiam, fatentur interdum,
fieri in cœna supernaturalem & spiri-
tualem esum corporis, & potum san-
guinis Christi: qui non est alius à fi-
gurato.

X X V I I I.

Sed aiunt, se non nuda signa ina-
nesq[;] figuræ ponere, quod nos facia-
mus. Videamus ergo, utri reuera nu-
dorum signorum coarguantur.

X X I X.

Si, quibus accedit Deiverbū ad ele-
menta ut existant Sacra menta, imme-
ritò traducūtur, quod nuda signa po-
nant: profectò accusamur iniuste hoc
nomine, qui vel ob id solum, panē &
vinum Dominicum à vulgari atque
profan-

Profano cibo potuque discernimus,
quod ad illa mandatum atq; promis.
sum Domini habemus adiuncta, qui-
bus vulgaria destituuntur.

X X X.

Hanc verò diuinæ gratiæ accessio-
nem seu adiectionem (vt Theodore-
tus vocat) nullius pretij æstimant, q
ad eum modum vnum quilibet finge-
re sibi possit ex elementis Sacramēta.

X X X I.

Respondemus: Quum penes solū
Deum sit, institutis suis suppeditare
virtutem: totus etiam mūdus nequit
efficere sua imaginatione vel potētia,
vt aliquid pro Sacramento habeatur.

X X X I I.

At postulant omnino (ne sint va-
cua signa) vt res cœlestes & significa-
tæ corporaliter sint præsentes & ad-
iunctæ corporalibus.

X X X I I I.

Quod tamen ipsum (contra natu-
ram corporearum rerum) dicunt fieri
non localiter, inuisibiliter, incompræ-
hensibiliter: eoq; res significatas per-
petua

petua propriaq; natura sua etiam in
gloria spoliant & euacuant, iuxta il-
lud: Tolle spatia locorū corporibus,
& nusquam erunt, ideoq; non erunt.

X X X I I I L.

Quām igitur latum campum Mar-
tionicis spectris de Christi humanita-
te aperiunt, qui hanc (vbi cunque lo-
corum per totum terrarum orbē cœ-
na Domini vno eodemque temporis
momento peragit) corporaliter &
verè, insensibiliter tamē adesse, adeo-
que ore communicantium edi atque
bibi contendunt?

X X X V.

Sin id minùs sentiunt, desinat ^{ad se}
 $\alpha\epsilon\chi\epsilon\eta\mu$, hoc est, scientes nugari & tur-
bare Ecclesiam.

X X X V L.

Etsi Sacramētorum vis & efficacia
non pendet ab hominibus siue recte,
siue perperām vtentibus: certum est
tamen, si absq; pœnitentia & fide Sa-
cramenta usurpentur, abusum illum
potius damnabilem habendū, quām
in recto vsu deputandum esse: qualis
enīq;

nimirum est hypocritarum & incredulorum omnium.

X X X V I.

Propterea verò nihil decedit institutioni diuinæ Sacramenti, si honestas sua culpa sibi hanc inutilem efficiat. Vnde Augustinus de verbis Christi: Verba quæ ego loquor, spiritus & vita sunt, sic scribit: Spiritualiter intellexi: spiritualiter, spiritus & vita sunt: intellexisti carnaliter, & sic spiritus & vita sunt, tibi vero non sunt.

X X X V I I.

Sic panis & vinum cœnæ Domini ex instituto Christi corpus & sanguis Christi sunt spiritualiter intelligentibus: quinetiam carnaliter intelligentibus, nihilominus adhuc ex institutione Domini vim & potentiam suam, hoc est, Sacmentorum retinēt: actu verò incredulis Sacra menta non sunt, quæ fuissent poterū & diuina institutione rectè intentibus.

X X X I X.

Quum Cyprianus & Augustinus negent,

negent, nos ad sumendum corpus &
sanguinem Domini parare & acuer-
dentes & ventrem, sed fide sincera pa-
nem sanctum frangere: ineptissime fa-
ciunt, qui ori corporeo sumptionem
corporis & sanguinis Christi tribuūt,
nisi forte per corpus & sanguinē Chri-
sti, externa signa & elementa
panis & vini acci-
piant.

F I N I S.

HEIDELBERGÆ,



EXCVDEBAT IOHAN.
nes Maier, Anno Domini
M. D. LXXV.



МАНОІ ТЛАЕДУРХ
інто ДопнА 1915 М 25п
НХХЛ С М